RELECTIO CLEM. 2. DE TESTIB.

AVCTORE DOCTORE BARTHOLOMÆO SANCHEZ, CLEMENTINARVM IN INCLYTA SALMANTICENSI Academia Cathedrario.

Potest facile adaptari pluribus Capitibus, extra de testibus. præcipue c. causamq. 11. c. in causis. 15. c. fraternitatis. 17. c. intimauit. 18. c. causamq. 19. c. de testibus. 29. c. veniens. 38. c. constitutis. 46. c. per tuas. 48. c. præsentata. 50. &c.

PRINCIPI VIRO D. D. GARCIA de Corduba & Haro, Marchionis Carpen. Hispalitani Assistentis filio.

CVM hæc relectio in dies brumales sub crepusculum incidisset, parcendum, generosissime adolescens, tuo & nobilissimorum auditorum labori dictata chartis excipere ob temporis rigorem, & creperam lucem ægre ferentium existimaui. Ideo quam tibi stipulanti libenter spoponderam, sub tui clarissimi nominis auspicio typis excussam edo, amoris in te, cultusq. mei μνημόσυνον. Nec quid aliud ambio, quam vt hæc qualiacunque sint, quæ non sine labore collegi, disposui, perlegi, & publicis disputationibus, propugnante magnæ indolis adolescente D. Antonio Caruajal Salmanticensis Reipublicæ Decurione, præsentibus vniuersis Patribus, obieci, relegas, & expendas non segniore affectu, quam cùm me hæc eadem exponentem audisti: nullam in hac re temporis iacturam, cuius te pœniteat, facturum in me recipio.

Hæc si displicui, fuerint solatia nobis:
Hæc fuerint nobis præmia, si placui.

LITERA CLEMENTINAE.

Testibus ritè receptis, & eorum attestationibus publicatis: sicut non licet super eisdem vel directò contrarijs articulis alios, vel eosdem testes in principali causa producere, sic non debet in appellationis causa licere: cum non minus in appellationibus, quàm in principali causa subornatio sit timenda.

HVIC literæ explicandæ, & pro mea virili illustrandæ relectionem hanc in quatuor diuido articulos. In primo enuntiationem eliciam, rationem huius decisionis reddam, & obiter explicabo, quatuor pro ratione dubitãdi propositis argumentis; ad quorum solutionem pauca præmittam, ex quibus materiæ lux, & argumẽtis solutio constabit. In. 2. vt latius huius decisionis lumẽ effulgeat, tres ampliationes ita proponã, vt breui disputatione præmissa cuiusq; ratio cõstet. In. 3. totidẽ limitationes, quæ singularẽ ob causam ab orbita huius Clem. discedunt, data & accepta priuilegij ratione, ita in medium proferam, vt facilè, quid Clemens V. hic intenderit, quousque eius decisio pateat, quibus limitibus contineatur, innotescat. In. 4. & vltimo duabus Glossæ quæstionibus non oscitanter examinatis totius textus materiam absoluam. Faxit Deus, vt hic noster labor studiosæ Iuris vtriusq; iuuentuti, cui in hac palæstra, per 25. annos insudo, nõ sit infructuosus.

1 Coclu. duplex ex nostra Cle. deducitur. Prima in sensu directo. *Publicatis attestationibus testes recipi non posse, etiam in causa appellationis super eisdem articulis, vel directò contrarijs.* Altera à cõtrario sensu. *Licere eosdem, vel alios testes producere super nouis articulis ex prioribus emergentibus.* Ita ex mente DD. hic, & in ca. fraternitatis. 17. extra hoc titu. vbi Innocen. in principio. Abb. num. 1. & 3. Bald. num. 4. & 5. Belam. num. 1. Felin. 3. Imol. 2. Aretin. Misinger. & alij quos refert Cou. in practicis. cap. 13. nu. 6. & ca. 18. num. 6. Menoch. de arbitrarijs. lib. 2. q. 4. Mascard. de probationib. conclusione 1237. num. 34. Did. Perez ad l. 4. & 6. tit. 2. li. 3. Ordi. Matien. in dialog. relator. cap. 46. plures relati à Cenedo. 2. p. collectan. 22. nouissimè Amator Rodriguez optimè ad tyronum captum in tractatu de modo & forma videndi processum. 8. tempore per plures numeros.

2 Orsum ab huius decisionis ratione capiam, quę videtur deducta ex auth. de test. §. quia vero. collat. 7. illis verbis. *Vt pote suspitione habita, ne forte relictis prioribus, & dudũ manifestis propter eorum testimonia factis ille non productionẽ testium, sed de præcedentibus, aut non testificatis additamentum, aut eorum depositionibus emendationem desideret.* Quibus constat rationem huius prohibitionis esse ne subornentur, qui testimoniorũ veritatem euertant, hoc est aut addãt aliquid, quod priores non dixerunt, aut immutent. Eamdẽ rationem exprimit summus Pontifex in præsenti, ibi. *Cum non minus in appellationibus subornatio sit timenda.* Quibus satis apertè exprimitur, ideò prohiberi testium productionem post publicatas attestationes, quia is qui perspectis, & examinatis attestationibus cognoscit minus à se probatum, quàm ad causæ victoriam oportebat, præsumitur facilè adduci posse ad inducẽdos testes, per quos aut detrahat, aut addat, quod probationi suæ videat defuisse. Igitur propter timorem ambitus & corruptionis testium, & ad vitanda periuria, & calumnijs obuiandum æquissimè & prudentissimè statuitur, ne post publicatas attestationes super eisdem articulis, vel directò contrarijs, super quibus testes interrogati, & examinati fuerunt, ijdem testes, vel alij admitterẽtur. Ita Doctores omnes supra, & in discursu huius relectionis laudati docent, hanc esse propriam & certam huius decisionis rationẽ.

3 Addi potest & alia generalis ratio, scilicet aliquem modum & finem adducendis probationibus esse necessario imponendum, ne alioquin in infinitum procedi necesse esset: & quẽ admodum numerus testium à iure definitur. c. licet. 3. c. vltra tertiã. 59. hoc ti. sic etiã oportuit terminum aliquem constituere, vt sit quodam prodire tenus: quam rationem ponderat hic Cardinalis Zabarella.

4 Addi etiã potest per attestationum publicationẽ videri partes renuntiasse iuri, producẽdorũ testiũ, vt ex infra dicẽdis apparebit. Vnde mirũ nõ est, si postea nõ sit locus probationi, cui tacitè, vel expressè partes renuntiarunt, iuxta regulam l. quæritur. 14. §. si veditor. ff. de ædilitio edicto. Latius infra, num. 23.

5 Quæ rationes cũ etiam olim & semper viguerint meritò admirari possumus, non esse à Iuris Consultis, vel legum latoribus in volumine Digestorum & Codicis similis prohibitio. Forte quia olim præsentibus ipsis litigatoribus

bus,& eorum aduocatis & patronis testes exa minabantur,& ipsi aduersarij cōtra quos dicebāt testimoniū ipsos testes interrogabāt, vt ex Asconio Pædiano in oratione Ciceronis pro Milone, vbi ait, testes qui contra Milonē adducebātur, à Marco Cicerone, & Marco Marcello, qui pro Milone stabāt, & ab ipso Milone, qui accusabatur rogatos. notat Cuiaci in c. per tuas. 49. de testibus. Quod postea immutatū est, & testes secretò testimoniū ferre non inepta ratione decretū. l. nullū C. hoc ti. ibi: *iudicis intrare secretū*. c. Inquisitionis. §. 1. de recusation. c. quia propter. de electi. c. venerabili. 52. ibi: *sigillatim*. hoc ti. quāuis ad depositionē pars aduersa debeat citari, & iuramēto posit esse præsens. c. 1. de cōsanguin. ibi: *quo circa mādamus quatenus vtrāq; partē ante tuā præsentiam cōuoces, & facias testes cotā se iurare*. adeo vt si iudex palā examinet testes, non valere eius testimonium doceat Glos. in d. c. quia propter. de electione, quā singularē appellat Lāfrancus ab Ariadno in tract. de testib. n. 12. Atq; ita partibus sint ignotæ testificationes donec postea dicta de publicatione testiū interloquutoria sentētia attestationes apperiatur, & litigātibus detur, vt vnaquæq; pars quid pro se, & quid cōtra probatum sit inspiciat, & de suo iure posit allegare, & in dicta, ac personas testiū opponere. Vnde optima ratione iure authen. & Pōtificio decretū, ne post publicationem legitimè factam testes admitterentur.

6 Dixi, *legitimè factā*, quia nisi legitimè, idest, secundū iuris solēnitatē facta fuerit huic cōstitutioni locus nō est: id est quod innuit nostra Clem. in princip. in illis verbis, *testibus ritè receptis, & eorū attestationibus publicatis*: vbi benè aduertit Glo. aduerbiū *ritè*, iterū repetēdū esse hoc modo, *testibus ritè receptis, & elapso termino probatorio attestationibus ritè publicatis*, iuxta tex. sic intelligēdū in c. per tuas, extra hoc tit. l. 16. l. 40. tit. 16. p. 3. l. 10. ti. 6. lib. 4. copil. explicāt relati à Rojas singulari. 203. Et aduerto nō esse legitimā publicationem, quādiu partibus litigātibus, vel eorū aduocatis intimata nō est. c. Iurauit. de probat. ibi: *partibus publicatā*. Ratio est, quia tunc presumūtur partes scire testiū depositiones, qua data scientia vrget ratio, in qua nostra Clemen. & iura in eius cōfirmationem adducta fūdātur: & stāte illa nō amplius admittitur productio testiū. c. veniens. 38. ibi: *attestationes publicatæ, &* ibi: *postquā testificata didicerāt*. c. cōstitutis. 46. ibi: *cū nondum testificata didicissent*, cū alijs pluribus hoc titu. d. auth. de testibus. §. quia verò. versi. si verò. ibi: *editionē nō dum acceperit, neque perlegerit attestationes, neq; ipse, neq; aliqui aduocatorum eius*.

7 Et ita est accipiēda opinio existimātiū sufficere solā publicationē simpliciter factam, vt intelligatur quando partibus facta est, vel adesse fectum, vt facta per iudicem publicatione, præsumatur data notitia litigantibus, & ipsos testificata didicisse. Qua in specie alleganti ignorātiā, hoc est affirmanti neq; per se, neq; per aliū vidisse, legisse, aut nouisse testificata, incumbit onus probādi: resoluūt relati per Gabriel. supra à n. 28. iuxta quæ explicabis plurima quæ inuoluūt Abb. in d. c. fraternitatis. n. 5. Felin. n. 2.

8 Dixi in cōclusione *super eisdem articulis, vel directo contrarijs*, super quibus iam testes fuerūt legitimè recepti, nā in his dūtaxat versatur dispositio prohibitiua nostræ Clem. eo quod in illis timor subornationis, & ratio supra allegata magis cōsideretur, vt probat text. in d. auth. de testib. & apertius text. in d. c. fraternitatis. ibi: *si noua contigerit emergere capitula*, & ibi: *Super nouis dūtaxat capitulis*: quibus verbis permittit post publicatas attestationes testes induci super nouis articulis: idē probat tx. in c. causāq; 19. de testibus infra explicandus. Vnde necessario dic negari receptionē testiū super antiquis capitulis, super quibus testes iam legitimè recepti & examinati sunt.

9 Nā si quid aliquid allegatū & articulatum fuerit, & super eo nō sint admissæ probationes poterūt testes examinari, imò & debēt admitti, vt notat Gou. c. 18. pract. n. 6. confirmatur per tx. in c. cū venissent. de testibus ibi: *Super eodē receptis*, qui tx. prohibēs recipi testes post publicatas attestationes signāter se adstrigit ad testes, qui super eisdē articulis legitimè recepti sūt.

10 Minor dubitatio est de articulis omisis, vt per tx. in c. causamq; 19. c. de testib. 29. c. ex tenore. 35. extra hoc tit. aduertit Cuiac. in ca. per tuas. 48. eodē. & quādo obscurè deposuerūt posse officio iudicis interrogari. c. cū clamor. 58. hoc tit. c. cum Ioannes. 10. de fide instrum. l. 30. tit. 16. partit. 3.

11 Noua autē capitula intelligo pendētia ex prioribus, & respiciētia intentionē, aut exceptionē in iudiciū deductā, vt in l. per hanc. C. de tēpor. appel. versic. *quæ non ad nouum capitulū pertinent, sed ex illis oriuntur, & illis coniunctæ sunt*; optimū exemplū præstat tx. in d. c. cum Ioannes versic. *Quod etsi nouū capitulū videretur pendebat tamen ex veteri*: pulchrè explicat Speculator titu. de teste. vers. satis vtiliter. Abbas. n. 7. Imol. n. 9. & Fel. col. pe. in d. c. fraternitatis. h. ti. & omnes ibi dicētes, quod super nouis articulis omnino diuersis & separatis ab antiquis & non respiciētibus primā actionē non possunt testes produci, nec in. 1. nec in. 2. instātia. Quæ autē sint hæc noua capitula omnino

 diuer-

diuersa &separata &nō respiciētia primā actio
nē declarāt Specul.Abb.& Imol.vbiproxime.
12 Colligitur ex supradictis posse testes pro-
duci quando fuerūt adducti ad declarāda verba
sua obscura,vel cōfusa,quæ in eorū testimonio
reperiūtur.Patet si expendamus testes produ-
ctos ad talē declarationē faciēdam nō produci
ad testificādū, ac proinde nimirū si non com-
prehendātur in nostra prohibitione,cū in hac
specie extra regulā prohibitionis remaneant:
c.cum clamor.53. hoc tit. Abb.in.c.ex tenore
Mysingerius in.d.c.fraternitatis. Rojas singula
ri.203.
13 Quæ sentētia videtur temperāda ne proce
dat quando nō ita sunt obscura quin ex se pos
sint habere certū aliquē sensum absq; testificā
tis declaratione,aduertit Valasc.1.tom.cōsulta.
43.n.22.tunc enim propter timorē subornatio
nis, qui dari potest circa declarationem facien
dā, ne ad partis petitionē iterū rogētur , néve
in sensum eidē parti petēti cōmodiorem incli-
nēt, admittendi nō sunt, vt cōsiderat Valasc.su
pra.nu.17.iuxta quā doctrinam explicari po-
test text.in.l.repeti. de quæstionib.
14 CONtra hanc cōnclusionem, 1.sic argu-
ment. testes toties recipiēdi sunt quo-
ties per illos veritas constare potest.l.
vnius.§. cogniturū ibi: *quocūque tempore*.ff.de
questionib.c. Iudicantē.12.30.q.5 .cuius ver-
ba sunt.*Tandiu actio ventiletur quousq; ad rei ve-
ritatem perueniatur,nec litigantibus iudex prius
velit sua sententia obuiare,quā ipsi iam peractis
omnibus nihil habeāt in quæstione,quod proponāt.*
Sed nemo negauerit post publicatas attestatio
nes,atq; etiā renuntiatū probationibus posse
de veritate cōstare. Ergo post publicatas atte
stationes non solū iustum , sed necessariū est
probationes per testes admitti.
15 Secundo sic argum.præcipuū munus iudi
cantis in cognoscēda, & eruēda veritate,& fa-
cti certitudine cōsistit,iuxta quam iudicare de
bet.c.1.de iudi.li.6.l.licitas.§.veritas.ff.de offi.
præs. vnde Seneca:*qui aliquid statuit parte inau
dita altera,licèt æquū statuerit iniquus fuit*,nec ve
ritas & facti cognitio aliter quā per diligētē in
quisitionē, & probationē cōstare potest.l.nec
omissa.C.de lib.causa,nec enim aliud est veritas
in iudiciū deducta, quā quod probatur, l.pen.
de proba.c.1.c.laudabilē de frigidis &maleficia
tis. ergo nolle admittere certā veritatis proba
tionē eo prætextu quod iam publicatæ sint at
testationes est veritati tenebras offundere, &
est cōtra præcipuū iudicātis munus.
16 Tertio contra nostrā decisionē stant plu-
rima iura ,quæ clare , & aperte post publica-
tas attestationes probationem testiū admitti ha-
bent optimis rationibus enixa.c.causam matri
monij.c.fin.de probation.c.series.26.c. ex te-
nore.35.c.veniēs.38.c.cōstitutis.46 .c. præsen
tata.50. c.cum clamor.53. hoc ti.c. dilecto. c.
cū Ioannes de fide instrum.l.fin.C.de testib.l.
pen.C.de arbitris.Ergo.
17 Deniq; cōtra alterā nostri tx.cōclusionem
sic argumētor, qui semel cōtra reū testimoniū
dixit nō est iterū nec pro eo nec cōtra eū ad-
mittēdus ad testificandū.l.produci.ff.hoc titu.
*Produci testis is non potest,qui ante in eū reū te-
stimoniū dixerat.* Et ratio est,nam qui semel me
testimonio suo cōdēnauit,& iterū aduersus me
adducitur cēsetur mihi inimicus,& ita non ido-
neus testis, cap.placuit.4.q.3.c.meminimus.c.
cū P.de accus.Sed neq; pro me produci potest,
qui contra me dixerit: quemadmodū enim re-
probare testē in alia causa semel probatū ne-
queo.l.siquis testibus.C.hoc ti.ita probare sine
pudore nō possum,quē semel refūtauero,Cuia.
li.2.obseruat.c.23. Ergo nō recte *eosdem testes,*
etiā super nouis articulis admittit nostrā Cle.
18 QVibus nō obstātibus iuri & rationi cō
sonās est nostræ Clem. decisio , &
ex ea deducta cōclusio,quam argumētorū pon
dere labētē sustinēt tx.in c.causam quæ.11.c.
in causis.15.c.fraternitatis.17.c,intimauit.18.c.
causam quæ.19.c.de testibus.29.c.veniēs.38.c.
cōstitutis.46.c. per tuas. 48.c. præsentata.50.
hoc ti. c.placuit.4.q.3.auth. at qui semel.C.de
probat.auth.de testi. §.quia verò. collat.7. tx.
de iure nostro regio in.l.34.l.36.l.37.l.39.tit.
16.par.3.l.4.tit.11.li.3.ordina. l.10.tit.6.lib.4
compil.
19 Pro quorū declaratione & totius materiæ
cognitione præmitto , quinq; tēpora à iure cō
stituta,in quibus adhuc lite pendēti probatio-
nes testiū excludūtur.Primū est post renūtia-
tionē,siue conclusionē in causa ,c.intimauit.c.
causam quæ,el .2.c. de testibus. hoc titu.Glos.
fi.in c.constitutis,el .2. eodē tit. quę ait solam
renunciationē sufficere ad excludēdos testes,
quā omnes DD.sequūtur. Licèt iure regio nō
procedat,si renunciatio testiū fiat ante publi-
cationē , & pars iuret non didicisse testificata.
l.34.ti.16.part.3.
20 Secūdum tēpus est lapsus termini probato
rij.c.licet causam.de probat . vers. cū intra triū
mēsium spatiū.d.l.34. partitæ, late Barto.in l.
2.num.25.ff.de appel.recep. Bald.in.l.2 .num.
29.C.de Epis.audien.& in.l.perētorias.C.sen-
tētiā rescindi non posse . Quod tamen limitat
Glo.in Clem.sæpe.vers.nō obstante de verbo.
sig.vt non procedat quādo res esset integra &
ius aduersarij nō esset factū deterius: quoniam
tūc bene licebit post terminū lapsum testes pro
ducere

ducere sequũtur plures relati à Feli.in d. c.licet causam.n.15.vbi Aret.n.41. hãc limitationẽ fatetur cõmunẽ arg.tx.in.l.mancipiorũ.ff.de optio.leg.& in c.si tibi absenti de præbend. in.6. Sed contrarium verius est, nempe, lapso termino probatorio nõ licere testes producere etiãsi res sit integra & ius aduersarij non sit factũ deterius,ita Archi.in d.cap.iudicantem.30.q.5. Bartol. in d. l. mancipiorum. nume. 5. probatur in d.l.34.ti.16.de los testigos. par.3. vbi Grego.Lop.Glos.ver. los plaços.Ad rationẽ deductã ex d. l.mancipiorũ. d.c. si tibi absenti.respõdeo illa iura loqui in casu lõge diuerso in quo ius alicui quæsitũ ex mora nõ est,patet ex l.mancipiorũ,ibi: *Si omnia integra sunt,* in d.c.si tibi,ibi: *antequã tamen ipsum cõtulerit.* Quæ ratio nostro casui nullo modo potest adaptari,quia in hoc casu ex lapsu tẽporis à iudice præfiniti probationibus faciẽdis,statim adquiritur ius parti litigãti,cõtra alterã nõ producẽtẽ, & ideo in hoc casu nõ potest admitti quod supponũt rẽ integrã esse & nulli parti fieri præiudiciũ.Fit enim præiudiciũ iuri cõtrariæ parti acquisito ex defectu probationis intra tẽpus à iudice præfixum non productæ.

21 Tertiũ tẽpus est postquã pars triplicẽ productionẽ fecit,iuxta tx.in c.in causis,13. c.vltra tertiã.55.hoc tit.d.auth.de testi. collat. 7.§. quia verò. Quod hodie de consuetudine non seruari ait Mõtal.in l.15. ti.8.de las testimuñas lib.2.fori legũ.tamẽ secũdũ ius nõ aliter datur quarta productio,quã si procedat solẽnitas auth.at qui semel.C. de probation.c.pen.hoc ti. d.auth.de testib.§.quia verò.

22 Quartũ est,quando pars didicit testificata, vt in d.auth.de testib.§.quia verò multi.in illis verbis, *vt pote suspicione habita,* & melius ex nostra Cle.2.de testib.ex quibus iuribus colligitur præsumptionẽ subornationis testiũ esse iuris & de iure aduersus eũ qui didicit testificata, ita Aret.dicẽs cõmunẽ in c.,intimauit. nu. 10. hoc ti.Ac proinde nõ admitti probationẽ in cõtrariũ ex Glo.recepta in c.is qui fidem .de spõ.

23 Quintum est facta legitime publicatione attestationũ de qua hic agimus. Est autẽ publicatio testiũ legitima notificatio facta partibus de dictis testiũ,quã editionẽ attestationum,seu aperturã testiũ appellat Glos per tx.ibi, in d. auth.de testib.§.quia verò multi. Erit legitima si forma hæc seruetur,vt iudex elapso termino probatorio ad petitionẽ partis altera parte citata iudex interlocutoriè pronũciet dicta testiũ aperta & publicata esse, & iam ex eo pro publicatis & apertis haberi.Et inde litigãtibus cõceditur facultas suas & alienas probationes inspiciẽdi.Quo fit vt non abs re timeri posit ne partes ad supplẽdos defectus probationis testes inducãt,vt supra dictum est.nu.5.vnde merito adhoc vitãdũ prohibentur testiũ probationes, neq; in hoc iniuria fit allegãti certiorẽ probationẽ habere cũ iam per ipsã petitionẽ publicationis testiũ,& per citationẽ sibi factã ante publicationẽ allegare potuerit cõtra publicationẽ & petere terminũ probatoriũ ampliari, & nõ allegãdo,ac publicationi expresse,vel tacite assẽtiẽdo videatur renũtiasse iuri suo,& remittẽtibus actiones suas nõ sit amplius dad' regressus ad eas.l.quæritur.14.§.si vẽditor.ff. de ædilitio edicto,l.si quis in cõscribẽdo.C.de pact.l.3.C. de fide instru.c.quã periculosum. 7.q.1.in qua ratione iunctis, quę supra adduximus fundata nostra Clemẽt.iustissime prohibitionem hanc edidit.

24 NEc obstãt argumẽta in contrariũ adducta.Nã ad primũ facile respõdeo testes toties esse recipiẽdos quoties per illos de veritate legitime cõstare posit, nõ tamẽ legitimę cõstare quoties nõ constat tẽpore, & modo ab ipsis legibus definito: & ad.l. vnius.§. cognitorum respondebimus in secunda ampliatione,n.68.Ad tex.in d.c. iudicantem ibi: *tam diu actio ventiletur quousque ad veritatem perueniatur,* respõdeo intelligi intra terminos à iure cõstitutos,alioquin esset procedere in infinitũ si illud *quousq;* terminũ aliquẽ nõ haberet. Et ad illa verba eiusdẽ tx.ibi: *quã peractis omnibus, &c.* Respõdeo per publicationẽ testiũ legitime factã satis superq; eius cõstitutionẽ seruari: nã satis ipsi fatẽtur nil amplius habere ꝙ proponãt cũ per publicationẽ expresse,vel tacite probationi renũtiauerint vt supra n.23. nec iudicẽ impedire nouas probationes,sed ius ipsum per ꝙ hic finis & modus probationibus adducẽdis imponitur.Ad rationẽ in qua hoc arg.fũdatur, respõdeo procedere nõ data aliqua prohibitione legis,quæ similiter vt clarius cõstet de veritate & obuiam eatur falsitati prohibeat ne amplius testes recipiantur, vt prohibitum est post publicatas attestationes hic & in iuribus similibus.

25 Nec obstat secundũ argumẽtũ,cui similiter respõdeo verũ esse nihil magis in iudicijs prætẽdi quã vt veritas cõstet:hoc tamẽ nostrę decisioni nõ obstat,quia nego hac decisione veritatẽ occultari,sed potius ex ea prohibitione sequitur veritatẽ in iudicijs probatã cõstare & hãc ꝓhibitionẽ inductã esse ne per falsos testes veritas obscuretur,vt cõstat ex ratione in qua diximus nostrũ tex.fundari. Quẽadmodũ enim ex eo quod plurimã iura nõ admittũt testes non integros vt periuros, infames,criminosos,suspectos,&c. de quibus latè DD.pasim, maximẽ

mè in c.testimoniū, de testi. nō inde rectè infertur tot iura testium integritatem exigentia repugnare veritati, quā proculdubio manifestare possent testes non integri, sed potius fauere veritatis nitori probatione per testes omni exceptione maiores: sic etiā ex eo ꝙ ius statuerit nō esse recipiendos testes quādo iam ex nō ineptis cōiecturis suspicio corruptionis, & subornationis subolet, nō rectè infertur ius veris probationibus obuiare, sed potius veris & legitimis probationibus, detersa illa suspicionis macula fauere. Et ita securè tenēdū est decisionem & prohibitionem nostræ Clem. iustis probationibus fauorabilē esse, quarum dignitati & nitori, reiecta hac occasione subornationis cautissime prouidet: & argumēto in forma respōdeo concesso antecedenti, & negato consequenti.

26 Nec obstāt iura in tertio argum. adducta quibus vera & genuina interpretatio sigillatim aperienda est. Et primo nō obstat tex. in c. causam matrimonij. penul. de probat. vbi nupta religionē ingressa probauerat matrimoniū cū ea cōtractū, cōsūmatū nō fuisse, atq; ideo potuisse relicto viro religionē profiteri, iuxta tex. in c. ex publico. c. ex parte. de cōuers. coniug. & post publicatas attestationes iubet sum. Pont. recipi probationes viri cōtra attestationes apertas & cognitas mulierū de puellæ virginitate testificātiū, & admitti alias probationes hoc negotiū cōtingētes, quas pars vtralibet duxerit producēdas, vt ex tx. constat. Sed nō obstat 1. quia respōdeo illum tx. pertinere ad primā nostri tx. limitationē, de quā latè infra à n. 92. Quāuis cōmuniter ille tx. intelligatur specialis in causa matrimonij, verius est illius decisionē esse generalē in causis decidendis per artis peritorū testimonia, quoties illi nequeūt de certa sciētia, sed tātū de verisimili deponere. Ratio est, quia priores testes facile decipi potuere. c. nec aliqua. 27. q. 1. & ideo hoc esse generale in omnibus his causis suadetur ex ratione tradita in eod. tx. ibi: *quia sæpe manus fallitur & oculus obstetricū*, quæ cū sit cōmunis omnibus his causis decisio quoq; cōmunis esse debet, vt fatetur Abb. Bal. Fel. Areti. & rectè sentit & soluit Pater Thom. Sanchez li. 7. de Impedimentis matrim. disput. 113. n. 22. cū seq. quē vide.

27 Secūdo respondeo ibi nō fuisse legitime factā publicationē, vt ex integra illius tx. constat, cuius verba sunt: *quia nō ita instructā misisti vt vsq; ad calculū sententiæ definitiuæ procedere valeremus, vobis remittimus plenius instruendā*, vt habetur in integra Antonij Concij, & Antonij Aug. quo fit vt in specie illius tx. etiāsi causa matrimonialis nō esset, absq; nostri tx. fraude defectuosę probationes de nouo recipi debeāt.

28 Ad tx. vero in. c. pen. de probat. respōdeo ex tx. nō colligi publicatas fuisse attestationes sed solū lite contestata apud iudices delegatos causam iussu Romani Pōtificis ad alios iudices fuisse translatā, & cū apud priores acta perijssent iubet ea diligenter inquiri, vt reperta à posterioribus recipiātur, authentica, nō exēpla, & præterea nouas probationes, tā eorū actorum quæ perierāt; quā etiā nouorū à posterioribus iudicibus admitti, si vterq; fatetur litē contestatā fuisse apud priores iudices. Nam in hoc vim illius. c. consistere putat Cuiac. in postu. ad illū tx. Sed hoc nil contra nostrā Clem.

29 Ad tx. in c. series respōdet Abba. ibi: colu. penul. ibi etiā non fuisse factā publicationē testiū, quē intellectū tanquā verisimū; & omnē controuersiā dirimentē miniatis literis appositū ad illū tx. videmus, sequitur Cuiac. in postum. ad illū tx: cuius verba hæc sunt: *Respōdet Pontifex ex vtraq; parte recipi testes, non quidem post publicationē priorū, sed re integra.* Huic tamē intellectui repugnāt verba ipsius tex. ibi: *pars, quæ matrimoniū accusabat testes produxit legitimos, qui cōsanguinitatē inter prædictos esse firmiter asserebat, in primo gradu ponēdo duas personas B. scilicet & I. dicentes illos esse fratrē & sororem. Pars autem opposita id falsum esse dicebat, B. scilicet esse sororem I.* Quod dicere nō posset, nisi testificata didicisset vt bene aduertit ibi Are. n. 14 Feli. col. fin. Quare reiecto illo intellectu alios quatuor assignat Glo. fin. ibi, quos magistraliter prosequitur Abb. n. 5. ex quibus videtur Glos. in vltimo residere, nempe, esse speciale in causa matrimonij vt inf. in. 1 lim. n. 92. & lim. 3. n. 119

30 Interea tamē ad illū tx. respōdeo, ibi ea ratione produci testes post publicatas attestationes quoniā producebātur simul cū instrumēto ad ipsum instrumētū quoad iuuandū: qui intellectus est Glo. 2. in d. c. series. Antonij. Butr. in d. c. & verus est, vt infra dicemus in explicat. c. dilectus & c. cū Ioan. de fide instr. n. 37. Pretęrea respōdeo in. d. c. series. agi de falsitate testiū quo casu cōstat probationē necessario esse admittēdā cōtradicta testiū, atq; ita post publicationē attestationū, vt latius infra in. 3. limit. n. 118. agi autem de falsitate constat ex ipso tex. ibi: *pars autem opposita.*

31 Ad tex. in c. ex tenore. in cuius intellectu laborat Glo. qua omissa, cōmunis interpretatio est quam assignat Innoc. ibi, ideo in ea specie mulierē admitti post publicationē attestationum ad producendos testes, quoniā ante publicationē non potuit instrui de eo quod postea probare voluit, cum in exceptione, & articulis partis aduersæ non fuerit articulatum de loco, & tempore; sed generaliter fuit dictum

de

de proprietate matrimonij,& testes reddendo rationem suæ depositionis, signatè de loco & tempore testificati sunt, quem intellectum sequuntur Cardinalis Abbas num. 5. Imol.colu. 2.in cap.fraternitatis.Felin.num.4. in d.ca.ex tenore.Afflictis,in constitution.Neapo.lib.2. rubric. 48.num.16.Portius lib.1.reg.& cōmu. conclusione.39.fallentia.8. & negari non potest hunc intellectum in se verissimum esse. Tamen quoad illum textū certè mihi nimis dubius videtur,quoniam supponit, quod si in specie ibi proposita fuisset ab initio articulatū de loco & tempore contractus matrimonij, non esset mulier admittenda ad producendos testes aduersus dicta & testificationes iam publicatas,quod tamē est cōtra primā nostri textus limitationem,quæ verissima est, vt ex dicēdis infra à num. 92. constabit.

32 Ad cap.veniens.38.hoc titul.respondebo infra suo loco,nu.64. &.82.

33 Ad tex.in cap.constitutus. 1. respondent agere de causa matrimonij, vt constat ex ipso tex.ibi, *diuortij sententiā promulgauit*, de qua causa infra in 1.ampliatione certæ regulæ tradendæ sunt.n.92.Præterea respondeo publicatione attestationū,de qua ibi,nulliter fuisse factam,vt potè inaudita parte, quæ contra omne ius fuit per vim prohibita, ne allegaret & probaret:patet ex eodem text. ibi: *volente ad ipsum accedere, vt suas coram proponeret actiones à satellitibus eiusdem prohibita est, qui ei bis, vel tertio prohibuerunt ingressum*: ex quibus constat reginam Bohemiæ,de cuius diuortio in illo tex.agitur impeditam fuisse per satellites Regis, ne causam suam dicere posset. Constat præterea publicationem attestationū non fuisse legitimè factam ex ipso tx.ibi:*cum non renuntiauerit testibus producendis*, aduertit Cardin.in præsenti.num.2. Quinimo licet ritè facta esset publicatio,constabat tamen vt tex. refert Reginam non didicisse testificata, quo dato attento Iure cōmuni, nō prohibētur testes produci non obstāte publicatione. Qui omnes intellectus veri sunt in se,tamen in specie illius textus vix sustineri possunt, frustra enim sunt. Pōtifex ponderat testificata nō didicisse, & renuntiatum non fuisse,& alia quæ pōderat, quæ omnia in matrimonio ritè contracto distrahendo necessaria nō sunt, vt infra apparebit.

34 Quare verior interterpretatio est ex mēte Glo. 2.ibi.Abbatis & aliorum & cōmunis ex Mascar.num.fin. in specie d. cap. constitutis. non agi de iure, aut vinculo matrimonij, nec de meritis causæ, nam quamuis causa super matrimonio dissoluendo in iudicium deducta fuit, tamen per appellationem de viribus, & validitate processus actum est,& super hoc articulo an processus ille annullandus esset, vel non ad summum Pontificem fuit delata, vt patet ex litera illius text. ibi: *super processu Pragen. Episcopi, &c.* in quo casu manifestè cessat peccatum,& illius periculum: quod in dissoluendo & distrahendo legitimo matrimonio cōsideratur, infra.n.93. Cū fieri posit, vt iudex nō obstante processu,quoad merita causæ rectè pronuntiasset, licet quoad merita processus non benè se gesserit iuxta illud Senecæ. Qua de causa meritò in illo textu locum haberet regula nostri textus, si aut regina testificata didicisset aut iuri suo renuntiasset. Ideo aptissimè à summo Pontifice hic ponderantur quæ sunt causæ formales,propter quas in illo tex. nō obstante publicatione admittuntur nouæ attestationes, & ita notandū & obseruandum est ex supradictis.

35 Ad tex.in cap. Præsentata. 5. respondeo agere de iudicio arbitrorum,in quo licet testiū depositiones publicentur non vsque adeo illæ sustinentur, quominus extincto illo iudicio,& alio superueniente, prout ibi contingit aduersarius posit à iudice postulare, vt nō obstante publicatione īdem testes, vel alij iterum in iudicio examinentur, eo quod arbitri iurisdictionem non habent,sed tantū notionē. reg.l.priuatorum.C. de iurisdictione omniū iudicum.&ea de causa publicationes attestationū nō possunt dici ritè idest iudicialiter factæ. l.1.ff.de recep. & qui arbitrium receperunt, vt sententiam dicant. Videsneq; arbitrorum sententiæ rei iudicatæ auctoritatem habet.l. ij.C.de receptis arbitris.

36 Quæ interpretatio sufficit ad text. in l. penult.C.de recep.arbitris.§.fin. ibi. *Ad hæc generaliter sancimus in his quæ apud compromissarios facta sunt. Si aliquis in factum respiciens, vel professum est, vel attestatum, posse eo & in ordinarijs vti iudicijs*. Non enim dixit Imperator attestationes, facta & receptiones apud arbitros debere valere, & auctoritatē habere apud indices, quāuis sæpius rescriptū sit facta apud vnū iudicē auctoritatē habere apud alios, vt late per textum ibi. Doctores tradūt, in ca.causam quæ.11. de testibus, sed solum dixit *gesta apud arbitros posse valere apud iudices, posse* inquam, *non debere*, & intellige, si ità partes voluerint, alioquin parte altera refragante de nouo apud iudicem admittenda probatio est iam facta apud arbitrium, excepto eo casu,quo testes qui apud arbitrum testimo-

monium dixerant mortui sunt, quo dumtaxat casu, æquitate suadēte, decreuit Iustinianus attestationes apud arbitros factas recipiendas esse à iudicibus. d.l.fin. C. de testibus. Et ita his iuribus satisfactum est, nostram Clem. loqui de publicatione ritè facta, id est iudicialiter & solemnitatibus iuris seruatis, prædicta verò iura procedere in publicatione ab arbitris, quæ ideò ritè fieri non potest, quia non fit à iudicibus legitimis & iurisdictionem habentibus.

37 Ad tex. in cap. dilecto. & in c. cum Ioannes, de fide instrumentorum. respondeo illa iura procedere in instrumentis, quæ in nostra decisione non comprehenduntur, cum tx. in hac Clem. & in cap. fraternitatis, & in d. auth. de testibus, signatè probationem prohibeant admitti per testes faciendam post publicatas attestationes, nō verò prohibeant instrumenta admitti. Ratio est, quoniā in instrumētis cessat timor & periculum subornationis, vt aduertunt Gloss. 2. in d.c. series. plures Doctores, quos refert Menoc. de arbitrarijs. q.5. Mascard. de probation. q.7. n.130. & conclus. 920.

38 Sed obstat, quòd appellatione instrumentorum testes comprehenduntur. l.1. de testib. quos cōstat non admitti post publicationem. Obstat item, quod post renūtiationem instrumentorū ea non amplius admittuntur, iuxta tex. in l. quæritur. §. venditor. versi. remittentibus. de ædilit. edicto. qualis renuntiatio præsumitur post publicatas attestationes precessisse: & quod cum pars possit, & debeat propria edere instrumenta, iuxta tx. in. c. 1. §. condere. &. §. edenda. ff. de edendo, sibi imputare debet si tamdiu tacuit. Quibus non obstantibus, sine controuersia procedit prædictus intellectus. Pro quo facit, quia cum hæc prohibitio producendi testes post publicationem attestationū fundetur in ratione timoris & periculi subornationis, tanquam in propria basi & fundamento, constat non habere locum in instrumentis.

39 Præterea facit, quia licet attestationes lato modo sumptę instrumēta appellentur, eo quod instruunt iudicem, propriè tamen inter se differunt, & propterea prædicta prohibitio, vt odiosa restringenda est, ex regula odia: & sic respondeo primo argumento.

40 Non obstat secundum, quia respondeo talem renuntiationem producendorum instrumentorum non præsumi, iuxta reg. l. cum de indebito. ff. de probation. Imò potius præsumitur litigator propter defectum sciendi, vel obliuionem, instrumenta non exhibuisse, & post ea reperta producere. Maximè, quia vt præsumatur renuntiatio in hac specie oportet vt transeat totum tempus ad producenda instrumenta concessum, quod non dicitur transfijsse, nisi post conclusum in causa, vt constat ex d. capit. cum dilectus.

41 Quod primo aduerto, procedere etiam in causa appellationis, siquidem etiam in hoc iudicio cessat prædictus timor subornationis, sic accipio materiam Clementi. 2. Nec refragatur text. in. d. capit. cum dilectus ibi, *vsque ad diffinitiuæ sententiæ calculū*, quasi sentiat post calculum diffinitiuæ sententię, nō licere instrumenta exhibere: respōdetur enim text. loqui respectu illius instātiæ, in qua post conclusum in causa instrumenta non admittūtur, quemadmodum in causa appellationis post conclusionem, etiam excludenda sunt: non verò tex. illum decidere respectu alterius instantiæ, qua litigantibus audientia cōceditur, ex sup pradicta ratione.

42 Secundo aduerto, procedere non solum cum instrumenta per se sola producuntur, verum etiam vbi simul cum instrumentis aliqui testes concurrunt ad eadem instrumenta corroboranda, tales enim testes post publicatas attestationes admitti supra dicebam in explicatione. c. series. per. tx. illum ibi: *tam testes offerēs quàm publicum instrumentum*. explicant Abb. col. 3. Imol. col. fin. in d. c. series. Alex. consil. 213. n. 2. vol. 2. Felin. in. ca. fraternitatis. nume. 8. Roman. in rubrica. ff. de arbitris. nume. 41. Portius lib. 1. regul. & commun. conclu. 39. limit. 31.

43 Tertio aduerto, non procedere hanc sentētiā, vbi lapsus est terminus, per iudicē præfinitus ad instrumenta producenda: aduertūt plures relati per Mascard. conclusione. 1230. à nu. 3. Nec refragatur tex. in d. c. cum dilectus, dum permittit, vsque ad conclusionem offerre instrumenta: satisfacies enim si aduertas, tex. illū procedere quādo antea terminus à iudice præfixus non est ad producenda instrumenta, eo quod talis iudex potest pro bono publico, & ad lites celerius terminandas abreuiare terminos iuris, licet prorogare nequeat. cap. cum sit Romana. 5. in principio. capit. oblatæ. 57. versi. licet. de appellatio.

44 Quarto aduerto post cōclusionē in causa nō posse regulariter instrumenta præsentari. d. c. cum dilectus. & ibi DD. Ripa. l. admonendi, num. 45. de iur. iur. latè Menoch. lib. 1. de arbitrar. q. 35. tendit enim instrumentorum exhibitio ad iudicij constitutionem, ideò æquum est non nisi certo tempore fieri ne alioquin lites

-om

lites fiant immortales, & iudiciorum ordo perturbetur.

45 Non obstat secundæ Conclusioni vltimum argumentum, ex lege produci. 23. hoc ti. quam l. diuerso modo legunt, & interpretantur DD. omissis quatuor interpretationibus Glos. ibi, quas fere omnes sequuntur, & omissis Bart. & antiquorum varijs intellectibus, Cuiacius lib. 2. obseruationum c. 23. sensum huius legis esse ait, qui ante in aliquem reū testimoniū dixit, rursus pro eodem testis esse non potest. Quo intellectu retento respondeo argumēto, ex nostrę Clementinę definitione non concedi, vt ijsdem testibus, qui contra me dixerunt pro me vtar, quod prædicta l. prohibet, sed solum concedit, vt in diuersis articulis possim eosdem testes pro me producere, quos prius etiam pro me produxeram, & similiter, vt possint contra me iterum testimonium dicere qui prius contra me testati sunt, & si ita noster textus, & in d. cap. fraternitatis cum similibus accipiantur non obstabit d. l. produci. Cæterum nec Cuiacij intellectus ad d. l. produci, nec inde desumpta ad nostram Clementinam interpretatio mihi arridet. Cur enim prohibeor fidem illius pro me experiri, in vno articulo, cuius testimonium in alio contra me sum expertus? Cur non itidem aduersario meo licebit quos in testimonio vnius propositionis probos & integros pro me inuenit, eosdem pro se in alia propositione ipsis nota producere? Dices hoc non licere ex ratione in argumento adducta, quia quemadmodum testem in me allegatum reijcere non possum cuius antea testimonio vsus ipse fuero, l. si quis. 13. C. de testibus: sic ferendus non sum, si eundem in mea causa producā quem prius eleuauero. Sed certe hæc ratio sufficiens non est. Primum enim diuinat ad. d. l. produci, ex ea enim non colligitur, testem in specie d. l. fuisse ab eo refutatum quem suo testimonio læsit, & si hæc ratio esset, quæ Iureconsultum mouit necessario fateri oportebit, d. l. produci solū procedere in eo casu, quo reus exceptionem aliquam aduersus talem testem opposuerat, & adhuc in eo casu non fatebor locum esse prædictæ legi. Nam vt rectissime Cice. pro Flacco ait, *aut oratio testium refelli solet, aut vita lædi.* Quid ergo vetat eius cuius moribus nil potest obijci, testimonium salua dignitate redargui? Fit enim, vt quædam viro integro, & omni exceptione superiore imprudenter excidant, varia, pugnātia, nec rei de qua quæritur apta congruaque, quæ quidem vt pondus in ea causa nonh abebunt, ita nec in alia, vt improbo & intestabili fidem derogabunt, vt aduertit Forner. 2. selectarum. cap. 10. Reiecto igitur hoc Cuiacij intellectu, cui etiam repugnat Budæi ad d. l. correctio, sic illud responsum e mendantis in annotat. ad Pandect. *Produci testis is non potest in reum, qui ante in eum testimonium dixit*: qua emendatione sensus illius l. est non posse eum testem contra me in præsenti causa produci, qui in alia causa contra me dixerat, quo sensu magis vrget argumentū: infertur enim ex eo neminem posse eosdem testes in alijs articulis emergentibus producere quos in causa principali produxerat, quod etiam est directo contra tex. in cap. veniens, hoc ti. Quare verum intellectum d. l. produci esse arbitror, quem assignant Duaren. lib. 1. disputationum cap. 29. Fornerius d. lib. 2. select. capit. 10. illam l. solum habere locum in causis criminalibus, vt constat ex inscriptione qua pater desumpta à Venuleio de publicis iudicijs, & sensus illius responsi est, vt cuius testimonio quasi aculeo, rei quondam postulati, læsi sumus, is rursus in nos audiri nō debeat, est enim non leuis cōiectura eum nobis inimicum esse, qui nos sæpe suo testimonio confodit, & vt recte Cic. in Fonteian. *noluerunt nostri, hanc patere inimicitijs viam, vt quem quisque odisset eum testimonio posset tollere: ementiuntur enim sæpe in eos quos oderunt*, l. 2. §. Præterea de quæst. Hoc autem nostræ Clementinæ non obstat, quæ eosdem, vel alios testes nō solū in diuersis causis, sed in eadē super diuersis tamē articulis admittit. Intellige in causis ciuilibus eosdem in gratiam primo producentis, & contra eum. Ratio est, quia qui testibus vsus est aduersus aliū, æquum est aduersus se idem pati edicto *quod quisq; iuris*: etiā postulante alio quouis aduersario: edictum enim *quod quisq; iuris* procedit quouis postulante, l. 3. §. hęc pœna. ff. quod quisq; iuris. Quod intelligit Donel. in d. l. si quis. additis tribus conditionibus, quas acute examinat & in disquisitionem reuocat Petrus Gilkenius, ibidem. In causis tamen criminalibus ijdem testes qui contra me dixerunt, recte pro me in eadem causa super diuersis articulis & in alijs causis: non tamen contra me legitimi videntur ex præsumptione inimicitię de qua supra iuxta d. l. produci. & ita obseruandum est & est nouus ad nostrā Clem. intellectus. Et ita hæc omnia iura remanent explicata, & nostra decisio ab eorum impugnatione libera.

46 AMplio nostram Conclusionem primo, vt procedat etiam in causa appellationis, scilicet, vt in causa appellationis non liceat examinare testes super articulis productis in principali causa, & super quibus fuerunt examinati & publicati, & eorum dicta didiscita, & percunctata. Probatur

primò per nostram Clementinam, quæ hunc articulum præcipue decidit, ibi: *sic non debet in causa appellationis licere*, text. idem probans in dicto cap. fraternitatis, hoc tit. resoluit Gloss. hic verb. in appella. Card. num. 2. Couar. practi. cap. 18. nu. 6. Marant. de ordine iud. 6. part. cap. de testium productione. num. 22. Didacus Perez ad l. 4. tit. 11. lib. 3. ordin. Ioseph. Mascard. de probationibus. q. 5. à n. 45. bene & perfectè tractat Rolandus à Valle consil. 45. vol. 2. Secundo probatur, quia eadem causa timoris, subornationis & corruptionis, quæ in prima instãtia timetur, timeri etiã potest in secũda instantia, prout ponderat summus Pontifex in nostra Clementina ibi: *cum non minus in appellationibus quàm in principali causa suborna tio sit timenda*. Nec obstat, quod dispositio d. Clem. procedat de iure canonico, & non de iure Ciuili: qua sola ratione iuris Cæsarei interpretes extra tribunal Eclesiasticum hanc ampliationem non admittunt. Nã respondeo rationem d. Clement. vbique vigere. Præterea cum de iure Cæsareo sint opiniones, & de iure Canonico sit apertè decisum standum esse iuris Canonici dispositionibus etiam in tribunalibus secularibus, & præualet illa sententia, quæ cõcordat cũ iure Pontificio, nã ius Ciuile non contemnit sacros Canones, vt Abbas & Doctores in cap. 2. de noui operis nũciatione, Decius in c. Clerici, in principio, de iud. Quia si in dubio recurrimus ad consuetudinem, l. si de interpretatione. ff. de legibus, à fortiori ad ius Canonicum recurremus, vt notat Abbas in ca. cum tempore. in fine de arbitris, Felinus, & Decius in cap. Ecclesia Sãctę Mariæ, n. 36. de constitut. & in terminis ita dicunt Imol. Butr. Felin. in d. cap. fraternitatis, Imol. in pręsenti, Guid. Pap. consil. 36. in fine.

48 Tertio de iure Ciuili etiam videtur esse tex. in §. quia verò, in d. auth. de testibus, vbi qui produxit testes, & eorum dicta didicit nõ habet vllam omnino licentiam vlterius vti testium productione, *etiamsi princeps hoc præce perit*. Nec obstat illũ tx. loqui in prima instãtia, & non in secũda, quæ est diuersa à prima vt in l. ita demũ. C de appellation. quia respõdeo cum ille tex. loquatur generaliter, & se non restringat ad causam principalem, sed simpliciter dicat, quod non habet vllam omnino licentiam vlterius probandi, illam orationem vniuersalem negatiuam propter verbum, *omninò*, positum in text. complecti omnem causam & omne tempus: ita Aretinus in d. cap. fraternitatis num. 9.

49 Quarto, quia instantia appellationis est succedanea primæ instantiæ l. ita demũ. C. de procurator. Vnde sicut in prima causa non potest fieri vlterior productio, auth. at qui semel. C. de probationib. ita nec in secũda, quæ eius loco subrogatur l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. idem dixit Aret. in d. cap. fraternitatis num. 9. ea ratione quia instantia appellationis subrogatur loco instantiæ causæ principalis & cognitionis l. cum apud Sempronium. ff. iudicium solui, in his in quibus eadem est ratio, virtute subrogationis dispositum in vno extendi ad aliud. l. libertum. §. senatus. ff. de ritu nuptiarum: & ideo quod dicitur de alia instantia debet intelligi de alia diuersa quæ nõ habeat affinitatem cum prima, nec esset ei succedanea, vt quia prima causa fuisset peremta tempore, iuxt. l. properandũ. C. de iudic. vel quia esset diuersa ratione causę, vel ratione rei, vel personæ, vt per Bart. in d. auth. at qui semel. colum. penult. versic. *quæro an alia instantia*. C. de probationibus. & DD. in d. capit. fraternitatis.

50 Contrarium tamen, imò licitum esse in ipsa causa appellationis examinare testes super dictis capitulis contra nostram conclusionem patet ex textu. in l. eos. §. si quid autem, iuncta Glossa. verb. prosequatur. C. de appellat. vbi succumbens in causa principali, quia minus allegasse credidit, potest plus probare apud iudicem appellationis, Gloss. in versic. *prosequatur* subiungit, inducendo testes super eodem, vel connexo articulo, & ita per illum textum iuncta Gloss. ibi tenent Baldus, & Paul. de Castro dicentes, quod licet Canonistæ aliter sentiant hic, tamen eorum opinionem sequendam esse in foro Ciuili, & addunt rationem, nempe legem nolle perire veritatem, sine qua vera iustitia administrari non potest.

Addunt pręterea, in iudicio appellationis vanum esse timorem subornationis, qui præsumi non debet in iudicio appellationis, quod est nouum, & in quo interuenit terribilior iudex, quia maior; & qui subtilius examinabit testem, & ei comminabitur.

51 Secundo pro hac parte contra nostram conclusionem est textus in l. per hanc. C. de temporalibus appellationibus iuncta Gloss. fin. in fine, vbi si in causa principali opposui aliquam exceptionem, quam non probaui, vel minus plenè, vel produxi aliquod instrumentum, quod suspectum erat, & reuocabatur in dubium, quod verum planè non probaui, tunc potero in causa appellationis plenè probare, & ipsamet probatio admittenda erit

erit per cognitores, *vt pleniore subueniatur veritatis lumine*, & Glos. ibi expresse dicit, quod in causa appellationis potero tã vetera capitula quàm noua coniuncta probare: & ita etiam illum tx. iuncta gloss. ponderauerunt ibi Odof. in 2. col. versi. *& circa primum.* Iacob. de Aren. & Ange. 7. co. Cynus. 2. co. versi. *secundo oppono*, Bald. col. 6. versic. *or modo venio*, vbi ponderat illa verba, *vt pleniore subueniatur veritatis lumine*, considerans literam vti comparatiuo *pleniore*, quod est participatio positiui. Ergo siue pleno, siue sempleno lumine appareat in prima causa probatum, adhuc plenius, vel vlterius potest probari in causa appellationis.

52 Nec debet inquit Bal. obstare metus subornationis, quia ista præsumptio est imaginatiua, & non necessaria, nam vt experientia docet, testes solemnes non possunt subornari. Hactenus Bald.

53 Tertio adducitur pro hac parte text. in l. fin. C. de testib. vbi testibus examinatis coram arbitro & publicatis, licet etiam testes coram ordinario iudice super primis capitulis examinare.

54 Quarto facit, nã quãtũ præstat minoribus restitutio in integrum tantum præstat maioribus appellatio. l. præfecti. de min. sed minor restitutus ad probandum potest apertis attestationibus probare idem per testes meliores, digniores, vel melius scientes factum, in quibus cessat omnis sinistra suspicio. l. 1. §. aduersus. ff. de noui operis nuntiatione, Ergo idem dicendum est in maioribus, vt eis etiam liceat testes denuò examinare super eisdem articulis.

55 Quinto, quia vbi variata instantia, variatur etiam finis agendi, tunc talis diuersitas operatur, vt testes possint produci super capitulis antiquis. c. veniens de testibus, vbi similis casus: sed in casu præsenti vtrumque variatur, nam respectu instantiæ hoc est clarum, quia alia est instantia causæ principalis, & alia appellationis, vt in d. l. ita demum. Respectu etiã finis agendi demonstratur, quia in causa principali producti fuerunt testes ad eum finem, vt reus condemnetur, vel absoluatur. Sed in causa appellationis agitur an appellatio sit iusta, vel iniusta, an iudex grauamen intulerit, vel non. Ergo.

56 Præterea in causa appellationis nouum & diuersum iudiciũ constituitur, alia enim instantia datur aliud tribunal. c. 2. de consuet. lib. 6. Sed interueniente nouo & diuerso iudicio super eisdem articulis, vel directo contrarijs de quibus in præcedenti actum est, licet testes producere. d. c. veniens. d. l. fi. C. de testib. Ergo.

57 Sexto denique probatur hæc sententia ex tx. in d. c. cum Ioannes de fide instrum. vbi tx. referens prolatam sententiam, & causam appellationis commissam delegatis coram eisdem fuisse testes receptos super articulis, de quibus erat in prima instantia actũ, patet ibi, quatuor nihilominus testibus ad hoc probandum inductis. Ergo in iudicio appellationis licitum est testes super articulis in prima instantia pertractatis producere.

58 Quibus rationibus, & autoritate Gloss. in d. authen. at qui semel. versic. productione, vbi dicit hanc partem seruari, & Gloss. verb. non habebit in d. §. quia verò in verb. illud, & Glos. in verb. appellationis in præsenti, quæ dicit hanc esse communem Legistarũ, & Glos. ver. nouis, circa medium in d. c. fraternitatis. plurimi DD. ita mordicus hanc opinionem contra nostram Clement. tenent, vt Curc. senior in l. admonendi, n. 14. de iure iurando dicat erroneã fuisse opinionem Bart. in l. per hanc, dum voluit in prætorio Cæsaris publicatis testibus in causa principali non posse produci testes super eisdem articulis in causa appellationis propter timorem subornationis, quæ mouit Pontificẽ ad sic statuendum in d. c. fraternitatis, & in præsenti Clem. quia eius opinio damnatur, & est contra rationem, nec seruatur in practica in prætorio Cæsaris. Hactenus Curtius Senior, & Ioannis Corras in dicta. l. admonendi numero 4. 5. & Orianus in capitulo. quoniam contra. de probationib. tradunt hanc esse communem opinionem Legistarum, & seruari in suo foro.

59 Quibus tamen non obstantibus contraria sententia ampliantium nostram cõclusionem vera, & omnino tenenda non solum in foro Ecclesiastico per tex. hic, & tex. in d. c. fraternitatis, sed etiam in foro Cesareo Regio propter rationes supra allatas, & hanc esse sententiã magis cõmunem neçũ Canonistarum, sed etiam Legistarum autoritate Glos. in præsenti & in d. c. fraternitatis probant Doctores supra citati, & propter textum expressum, qui cauillari non potest in d. versic. illud. in authent. de testibus, collatione 7. ibi: *non habebit omnino licentiam vllam vlterius vti testium productione*, Ideo hæc vera sententia nostri textus, etiam in foro seculari in praxi seruanda est: prout seruari testat Couarruuias supra d. num. 6.

60 Nec obstant quæ ex aduerso supra adduximus. Non enim obstat textus in dicta l. eos. §. si quid autem, quia optime responde t Salicetus in dicta l. per hanc. columna secunda

ver. 2. motus, illum textum modicum facere, quia non dicit posse examinari testes in causa appellationis super eisdem articulis, sed tantū posse illum qui minus allegauit in causa principali, plenius allegare & probare in iudicio appellationis. Quæ verba intelligi debent, vt super nouis capitulis dependentibus à veteribus nouæ allegationes & probationes illarum recipiantur, non tamen ex illis verbis colligitur testes, qui in prima instantia dixerunt, aut alij super eisdem articulis in principali causa adductis, esse admittendos, ita vltra allegatos à Roland. de Valle. d. consil. 45. volum. 2. n. 15. aduertit Innoc. in d. c. fraternitatis, n. 2. Abb. n. 3. Bellam. n. 42. Misinger. n. 9. per tx. quem sic intelligunt in c. ex tenore. c. tâliteris. c. causam quę. 19. extra hoc tit.

61 Nec obstat d. l. per hanc, quia respondeo illud verbum: *pleniore lumine*, quod tantopere extollit Bald. habere se comparatiuè ad totam causam, & non ad eundem articulum: quasi dicat, licet forte causa fuerit competenter instructa probatis quibusdam articulis in prima causa, per probationem tamen noui articuli in iudicio appellationis illustrabitur melius. Pro qua explicatione faciunt verba ipsius l. in medio secundi responsi, vbi Imperator disponit de eo, qui tempore primæ causæ deficiebat in probatione, quod si intelligatur indefinite, vt sonat, vt omnino nihil probasset, declarat, quod super veteri art. permittūtur probationes in causa appellationis quādo in prima causa nihil erat probatū, idest nō erant producti testes, vel saltem non examinati: ita formaliter respondet Aret. in d. c. fraternitatis. nu. 2. & 9. Item alio modo respondet Salicet. in d. l. per hanc, in. 3. colum. vers. sed aduerte; quem vide.

62 Non obstat tx. in d. l. fin. C. de testibus. cui legi supra satisfecimus num. 35. & 36. & quia ibi non admittuntur testes parte aduersa contradicente, sed ea volente, cum habeat electionem coram ordinario admittere probationes receptas, vel quod examinentur de nouo, ita Bart. in d. l. per hanc. colu. fin. Salicet col. 3. versic. circa primum.

63 Non obstat quartum, quia respondeo, speciale esse in causa restitutionis in integrum, vt admittantur testes super eisdem articulis, quia iusta causa restituendi tollit præsumptionem subornationis, vt notatur in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui operis nunciatione, de quo late infra ad primam nostræ Glo. quæstionem à n. 124.

64 Non obstat quintum ex d. c. veniens. hoc tit. quia respondeo ibi variata instantia variari finem agendi, quia prima causa erat summaria, & ad vnum finem, secunda erat plenaria & ad alium finem, vt respondet Rolandus d. consil. 45. n. 19. sed vt melius ille tx. intelligatur vide quæ habes infra in. 3. ampliatione huius text. num. 82.

65 AMplia. 2. contra communem nostri tx. conclusionem procedere etiam in causis criminalibus. Pro qua ampliatione expendi solet tex. in c. placuit. versic. ita in criminali iuncta Gloss. verbo in criminali, quam sequitur Archid. ibi. 4. q. 3. Glos. & communis in l. produci. ff. de testibus. Cardi. hic. n. 5. Felin. in c. cū clamor. extra hoc tit. Abb. in d. c. fraternitatis. n. 6. testatur singularem Hyppolitus singulari. 90. & in l. 1. §. si quis vltrò. n. 7. ff. de quæstionibus, Perez ad l. 4. ti. 11. li. 3. ordinamēti. Cou. d. c. 18. n. 6. communis ex Iulio Claro. §. fi. q. 61. Gabriele li. communium, tit. de testibus, concl. 21. Amator Rodriguez, d. octauo temp. nu. 12.

66 Sed obstat primo, quia testes recepti post sententiam in causa criminali prolatam, cōstat receptos esse post publicationē attestationū, & patet ad sensum. Sed in causa criminali super eisdem articulis, vel directo contrarijs post sententiam latam testes recipiuntur, in c. 2. de purgatione vulgari: ergo contra hanc ampliationē.

67 Secundo obstat, quod causa criminalis ęquiparatur matrimoniali iuxta ęquiparationē tex. in c. penul. in fin. de in integrum restitut. sicut enim ista causa grauis est & præiudicialis, vt notat DD. omnes per tex. in c. accedens de excessibus prælatorum, ita causa criminalis grauis est & præiudicialis. l. fin. C. de probationibus. Sed in causa matrimoniali post renūtiationem partium, vel pronuntiationem attestationum recipiuntur testes super eisdem articulis, vel directo cōtrarijs, vt infra cōstabit ex prima ad nostrum text. limitatione. n. 92. Ergo idem dicendum est in criminalibus.

68 Tertio: Nimis iniquū esset innocēte ad pœnam corporalem condemnari, vel etiam de vita periclitari, qui innocentiam suam post publicatas attestationes probare posset, ea dumtaxat ratione, quod ante id tempus probationem suę innocentię in promptu nō habuerit, quæ iniquitas ne accedat recte iure in cōstitutū est in causis criminalibus testes quocumque tempore postulante, reo accipi oportere, text. elegans in l. vnius. 18. §. cognituri. de quęstionibus, vbi Paulus in hæc verba. *Quamuis defensionē in quocumq; tempore postulante reo negari non oportet*; pondero verbum illud, *quocumque tempore*, idest etiam post publicatas attestationes. Ergo in causis criminalibus nostri tx. decisionē procedere nimis iniquum esset: ita tenent

Hyp-

Hyppolitus in d.§.si quis vltro, Rojas singulari.203. & adduci potest pro hac parte tex. elegans in l.repeti.ff.de quæstionib.melior tx.in l.non tantum .6. ibi.ff.de appellationibus.

69 Quibus non obstantibus supradicta ampliatio retinẽda est. Pro qua etiam facit regula nostræ Clementinæ, quæ indistincte procedit, nulla constituta differentia inter causam criminalem & ciuilem, ac subinde ab illa non videtur recedendum, nisi particularis decisio in causa criminali inueniatur, ex regula textus in l.in fraudem.§. fin.de militari test. Præterea quia in causa criminali maior, vel saltem ęqualis ratio reperitur, viget enim maior timor subornationis, & imminet periculũ falsitatis, qua stante periclitatur bonum publicũ, quod in punitione delictorum cõsistit, cap. vt famæ. de sentẽtia excommunicationis, l.ita vulneratus, ff. ad l.Aquiliam.l.si longius.§.1.ff.de iudicijs.l.si à reo.§.illud, de fideiuss.l.Stychum.§.tametsi.de solut.l.si operis. C. de pœn. Vnde fundata maiore, vel saltem æquali ratione verificantur verba legis talem prohibitionem cõstituentis.

70 Neq; obstant in contrarium adducta. Nõ primũ ex c.2.de purgat.vulgari, nam omissis, quæ tradit Gloss.& Abb.& communis in d.c. 2.facile respondetur. in illo tex. recipi testes post sententiam non ex natura, aut priuilegio causæ criminalis, sed secundum iuris regulas siquidem sententia, de qua ibi nullitatem in se continebat, eo quod prolata fuit contra ius per modum illicitum, & expresse reprobatum à iure, qualis erat illa purgatio vulgaris facta per duellum, vel ferrum candens, vel aquam feruentem, vel admota sobolem explorare cerasta, c.1.& fin.de purgatione vulgari. Ac subinde cum taliter prolata sententia perinde esset ac si lata non esset, iuxta tex. in l.4.§.condemnatum, de re iudicata, non erit mirum si non obstante illa testes reciperentur, siue causa criminalis, siue ciuilis esset.

71 Sic alias non est in conuenies dicta testiũ minus legitime prolata iterum repeti, non obstante publicatione attestationũ, iuxta tex. sic intelligendum in l.repeti.16.ff.de quæstionib.

72 Non obstat secundum, quia nego ęquiparationem ad hunc casum pertinere, nec quidquã obstare sit causa grauis nec ne: & ad causas matrimoniales quid iuris seruandum sit constabit ex prima limitatione à num.92.

73 Nõ obstat tertiũ ex tx.in d.l.vnius.§.cognitorum, cuius tex. occasione cõmuniter DD. distinguũt inter accusatorem, & reum, resoluentes post publicatas attestationes ex parte rei ad suam defensionem, siue agatur per viam accusationis, siue per viam inquisitionis, testes posse produci & examinari, vt notat Gregor. Lopez in l.37.tit.16.part.3. Iulius Clarus lib. 5.receptarum.§.fi.q.61. nu. 2. cum sequentib. benè noster Amator Rodriguez de modo videdi processũ.8.tẽp.n.13. Ex parte verò accusatoris etiam ex iudicis officio recipi, & examinari testes non posse, quæ sententia videtur Bartoli in l.diui n.2.de pœnis.& in l.2. §.si publico.nu.15.ff. de adulterijs, communiter recepti ex Iulio Claro, qui illum sequitur d.nu.2.& 6.

74 Sec certe hęc communis Barto. distinctio magis cõmuniter reprobatur ex rationibus supra allegatis. Nec pro ea facit Paulus IureCon. in d.§.cognitorum, in quo verba illa *omni tempore* intelligenda sunt de omni tempore idoneo, iuxta tex. & Gloss. in l.1. verbo quibuscũque. C.de fide instrumentorum, vbi quibuscũque rationibus intelligit glossa idest idoneis, & sufficientibus, neq; aliter ille text. stare posset: sic etiam dicendum est in d.§. cognitorum concedi defensionẽ omni tempore, dum tamen idoneo, quale regulariter non est renuntiatis, vel publicatis attestationibus.

75 Resoluo igitur etiam ex parte rei criminaliter accusati de proprio corpore & de vita periclitantis non esse admittendos testes ad eius innocentiam probandam post renuntiatũ in causa, vel publicatis attestationibus. Neque est, quod de iniquitate queratur, cum ius illi tẽpus legitimum suæ innocentiæ demonstrandę concesserit, quo elapso suę negligentiæ, vel fortunæ imputet defectum probationis, non iuris dispositioni, quod ius vt generali malo prospiciat bonum particulare non moratur. argu. tx. in l.1.ff.de quæstionibus.l. diui. ff. de pœnis.

76 Neque refragatur huic verissimæ sententiæ ratio sanè difficilis, nempe testes quocũque tempore etiam post publicatas attestationes, vel etiam post sententiam latam recipi oportere, quando causa talis est, quæ contineat vitiũ irremissibile per partes, iuxta tx. in c.lator c.tenor c.cõsanguinei.de sent.& re iudicata quale vitium videtur habere causa criminalis respectu rei de morte, vel pœna corporali periclitantis, cum reus iniuste condenatus nõ sit dominus membrorum suorum, l. liber homo.ad l.Aquiliam. explicat D.Thom. 2. 2.q. 59.ar.3.ad.2.& q.64.art.5.& ita non potest vitæ propriæ, membri, aut defensionis suæ in illis renuntiare, iuxta doctrinam Gloss. fin. in l. pactum.47. ff. de pactis, communem ex Coq. 2.par.c.vlt.§.fin.n.16.iubat decisio text. in d. l.non tantũ de appellationibus. Non iniquã refraga-

fragatur hæc ratio, quia vltra illa quæ resoluit Dec. in c. iurauit n. 6. de prob. Cou. d. n. 6. respõdendum est causam criminalem quantumcumque capitalē nō habere in seruitutē irremissibile. Licet enim reus, qui condēnatur se ipsum occidere non possit, vt per totum de his qui sibi necem consciuerunt, d. l. liber homo, & probat optime post Aristotelē Iosephus de bello Iudaico, neque possit sine causa vitam proijcere & propriam defensionem prohibitu omittere. c. nō est nostrum, 23. q. 5. potest tamē pati se iniuste occidi, & per patientiam omittere licitā defensionem ex aliqua iusta causa, vt zelo charitatis, ne alius occidatur, vel aliam pœnam grauissimam incurrat, iuxta illud Ioannis cap. 15. *maiorem charitatem nemo habet, &c.* probat elegāter tex. in d. c. non est nostrum, cuius verba sunt *non est nostrum mortem arripere, sed illatam ab alijs libenter accipere, vnde & in persecutionibus non licet mihi propria perire manu absque eo vbi castitas periclitatur, sed percutienti colla submittere.* Ratio est, quia necessitas conseruandi se ipsum procedens ex præcepto affirmatiuo non obligat semper, & ad semper, sed pro loco & tempore & vtilitate cessat vbi in bonū etiam temporale alterius omittitur sui ipsius conseruatio, ne alias probata ipsius innocētia, & veritate verus delinquens appareat, vel detegatur malitia accusatoris, testium, iudicis, seu alterius condemnationem eiusdem rei procurātis, vt in specie aduertit Nau. in c. inter verba, corolario. 45. iuxta quæ explicabis text. in l. 1. §. fi. de quæstionibus, & in l. diui. ff. de pœnis, dum requirentis beneficium principis particulare ad retractandam sententiam in causa criminali supponunt iure ordinario non retractari, licet in contrarium comperta sit veritas.

82. Tertio ampliatur noster text. vt procedat etiam cum publicatio facta est etiā in causis summarijs, vt postea in iudicio plenario nō sit locus productioni eorundē testium, vel aliorū super eisdem articulis. Huic ampliationi explicandæ occasionem præbuit tx. elegans in c. veniens. 38. hoc tit. quem Cuiacius in posthumis ad eundem text. singularē appellat, & ait se nō putare similem locum extare in iure, ideoque summe notandum.

83 Vltra scribentes aduerto, occasione illius tx. plerosq; Doctores nostrā cōclusionē limitare, vt nō procedat quādo in causis summarijs testes recepti sunt, & postea in plenarijs finito summario iudicio iterum veniunt recipiendi: notāt enim per illum tx. tunc etiam facta publicatione attestationū licere super eisdē articulis, vel directo contrarijs alios, vel eosdē testes producere. Quod colligunt ex d. c. veniēs. vbi cū sententia lata esset super Diaconatu quodā fauore Caij, litiq; peracta inter ipsum Caiū & Capitulū Claramontēsis Ecclesiæ, Placentinus vt tertius ad impediendam executionem illius sententiæ se opposuit, & prolatis protinus, sui e vt nostri loquuntur, in continenti testibus & instrumentis suæ electionis demonstrauit suā interesse, ne prædicta sententia ad executionē duceretur. Quibus probationibus remorandæ executionis causa in continenti oblatis summus Pontifex interloquutus est iustam causam videri Placentino esse ad litigandum super prædicto Diaconatu cum Caio: & mox lite contestata inter Caiū & Placētinū de iure, quod vterque ad prædictum Diaconatum habebat, quæsitum fuit an probatio illa quæ recepta fuit ante litis contestationē, & prolata ex parte Placētini suæ electionis approbandæ causa, esset etiā recipienda post litem contestatam, & Placentinus ipse non admittebat, sine productione noua: adijciens, sibi esse integrum post litem contestatam eosdem, vel alios testes in iudicium hoc producere: ex diuerso Caius contendebat factam esse publicationem supradictæ probationis, & ideo non licere Placentino alia productione vti, iuxta conclusionem nostri text. & c. fraternitatis. At summus Pontifex pronuntiauit vtrique parti in hoc iudicio, quo principaliter quæritur ad quem Diaconatus pertineret, licere testes producere, tam super quæstione illa principali, quàm super sententia prius lata pro Caio, quæ dicebatur iniusta, vel nulla. Hæc est species illius tx.

85 Ex qua casus positione plerique Doctores colligunt conclusionem nostri tx. limitari, quando in causis summarijs testes recepti sunt & postea in plenarijs finito summario iudicio iterum veniunt recipiendi. Notant per illum tx. eo casu etiam facta publicatione attestationum licere super eisdem articulis, vel directo contrarijs alios, vel eosdem testes adducere: ita Innocent. ibi n. 4. Socinus qui plures refert in reg. 498. limit. 41. & 43. Rojas sing. 203.

86 Quibus fauet, quod in causa summaria non obseruantur solemnitates iudiciales, vt probat text. in Clem. sæpe. de verb. signi. sed de plano, breuiter, & sine figura iudicij procedi solet, iux. Clem. 2. de iudicijs, propter quod aliquando periclitatur ius litigantis, quod totaliter in probatione consistit. Vnde cum iudicia semper intendant veritatis cognitionē iux. tex. in c. 1. de sent. & re iud. li. 6. nō videtur inconueniēs si in causa summaria etiā post publicatas attestationes ijdē testes, vel alij iterū recipiātur.

87 Sed verior est sentētia nostrum tx. in hac specie non limitari, imo ampliari, vt procedat etiam quando in causis summarijs facta fuerit testium publicatio, ex reg. nostri tx. quæ generaliter constituit in quacumque causa vbi testes semel legitimè recepti sunt, & legitime publicati non esse locum probationi testium, à qua regula causæ summariæ non reperiuntur exemptæ, & ideo necessario in illa comprehēdi debent, iuxta reg. tex. in l. in fraudem in fine de militari testam. ibi: *quia generalis est ista determinatio.*

88 Secundo, quia timor & periculum subornationis in quo prædicta prohibitio fundatur æque viget in causa summaria, ac in plenaria: vnde eadem dispositio, seu prohibitio in illa locum habere debet, iuxta reg. text. in l. non possunt. ff. de legibus: ita resoluit Gloss. verb. vtraq; pars, Abbas n. 15. Feli. 19. & communis in d. c. veniens.

89 Nec obstant in contrarium adducta non obstat primo tx. in d. c. veniēs, quia respōdeo, illum agere de receptione testium non quidem in ipsa causa summaria, in qua prohibitio locū habet, sed de receptione testium in iudicio plenario, qui quidem testes fuerunt recepti in summario, eo quod data tali varietate iudicij modus agendi variatur, argumento tex. in l. de eadem re. 5. ff. de exceptione rei iudicatę, iuncto tex. in d. Cle. sępe. Ac proinde cum iam non sit eadem sed diuersa causa, nimirum si testes recipiātur, tradit Gloss. d. verb. vtraque pars, Abbas. n. 10. vbi additio. in c. fin. de iure iurando, Iason. num. 268. in repetit. l. admonendi. ff. de iure iurando.

90 Neq; huic interpretationi obstat, si dicamus ex illa eundem resultare timorem subornationis, cum pars facta publicatione in causa summaria statim habebit notitiam illorum, de quibus testes deposuerunt, ac subinde quamtumcumque in plenario iudicio diuersa causa consideratur, nihilominus tamen prohibitio verificatur, iuxta reg. tx. in d. l. non possunt. Cui difficultati respōderi solet, verum esse eādem vigere rationem, tamen ne deficeret litigātibus facultas probandi, merito in hoc casu diuersum ius à summo Pontifice constitui, in d. cap. veniens. Qui intellectus retineri non potest, ex his quæ supra annotabam num. 49. prę terea quia repugnat. d. cap. veniens, in d. versi. nos igitur, ibi: *iustitia pronūtiauimus exigēte*, quæ verba non denotant nouum aliquod statū sed aperte declarant summum Pontificem secundum strictum ius respondisse.

61 Quare verus ad illum text. intellectus est in specie illius text. Placentinus, qui vt tertius oppositor in medium prodijt, ad solum finem impediendi executionem sententiæ latæ inter Capitulū & Decanum, solum in illa summaria probatione intendisse probare se partem esse ad impediendam prædictam executionem sententiæ inter alios latæ, quia sua intererat ne exequeretur: & ita productio illa facta in iudicio summario ante litem contestatam ad hunc tantū effectum ostendendi se partem, quod in continenti probari opportebat, fuit ex necessitate nimis propere & festinanter causa morandę executionis potius quàm iure legitimo: & ideo postea cum res ipsa, nempe electio, & ius omne quod ad Decanatum, tam ipse, quam alij habebant in iudicio plenario versetur, merito spatiū & locus plenioris probationis datur, vt bene aduertit Cuiac. in notis posthumis ad illum textum.

62 HAEc nostra Cōclusio sic explicata & amplationibus illustrata limitatur primo, vt nō procedat in his causis, in quibus partes non possūt iuri renūtiare, vt in causis matrimonialibus, iuxta text. in c. causa matrimonij. 14. de probationibus, & allegari solet tex. in cap. series. 26. cap. ex tenore. 35. cap. cum in tua. 44. de testibus.

93 Secundo pro hac limitatione facit regula vulgaris, quæ habet eosdem, vel alios testes recipi post publicationem attestationum in illis causis, quæ in rem iudicatam non transeunt, vt receptum tradit Abbas num. 4. & 6. in ca. iurauit. 6. de probat. communis ex Feli. in c. lator. num. 3. de re iudicata. Sed causæ in quibus partes iuri suo renuntiare nō possūt, vt sunt matrimoniales & similes, nunquam transeunt in autoritatē rei iudicatæ, quominus compertaveritate de illis iterum tractetur, vt probat text. in cap. lator. & in c. tenor. & in c. consanguinei de re iudi. Ergo in his causis in quibus etiam post sententiam latam de nouo veritas in disquisitionem adducitur, & testes recipiuntur à fortiori fatendum est, per publicationem testium non excludi, & ita limitari nostram Conclusionem.

94 Tertio facit pro hac parte, quod in causa matrimoniali, & similibus vertitur graue animarum periculum, veluti si separentur, qui legitimo matrimonio coniuncti sunt, vel è contrario cōiungātur, qui ex aliquo diuinę, vel humanæ legis impedimēto cōtrahere prohibentur, & in quibus legitimum matrimonium consistere non potest, vt si sacerdos, vel monachus, professus, vel in 1. aut 2. gradu consanguinitatis ex falsis relationibus facti veritatę non constante

stante matrimonium sacrilegè contrahere, vel in eo persistere contigerit, Clementina vnica de consangui.& affi. vnde ad vitandum huiusmodi peccatum fatendum est ius omne voluisse, vt non obstante publicatione testium, idem vel alij testes ad detegendam veritatem recipiantur, ne alias per hanc iuris nostri decisionē occasio tā grauibus peccatis daretur, ideo in valore matrimonij inuestigando quæcumque probationes possibiles adhibendæ sunt, & potius debent esse superfluæ, quam diminutæ, vt probat Pater Thom. Sanchez disputat. 107. num. 1. & disputat. 113. num. 11. tom. 3. de matr. Quod non solùm in matrimonialibus causis, sed etiam in alijs procedere fatēdum est, in quibus partes sentētię cedere, aut iuri renūtiare non poss. veluti si is qui in sacris ordinibus cōstitutus est, vel monachus professus, vel qui baptizatus est: non iniciatus, non professus, nō baptizatus iudicetur: in his & similibus, nec sententia lata habet vnquam autoritatem rei iudicatæ, ita vt retractari nō possit, nec publicatio attestationum potest impedire, quo minus ijdem, vel alij testes recipiantur, super eisdem articulis, vel directo contrarijs. Ita hanc limitationem in causis matrimonialibus constituêre Glossæ, vltima in cap. sicut ex literis, de sponsalibus, & in d. cap. causa matrimonij de probat. & in d. c. 1. de cōsanguinitate, tradūt cōmuniter Doctores hic, & passim quos plures referunt Gabriel. lib. 1. cōmunium. tit. de testibus conclus. 21. numer. 69. Couarru. in practicis, cap. 18. num. 6. refert alios Mascard. de probationibus, conclus. 127. n. 4.

96 Sed contra hanc limitationem obstat maxime tex. in c. iurauit. 6. de probationibus. in fine, versiculo respōdemus. in cuius tex. specie agitur de causa matrimoniali, & negat summus Pontifex publicatis attestationibus posse recipi alios, vel eosdem testes super eisdem articulis vel directo contrarijs.

97 Secundo obstat maxime tex. in cap. constitutis. 45. hoc ti. vbi in causa matrimoniali, ad effectum, vt ijdem vel alij testes admittātur fundatur Sum. Pontifex in eo, quod publicatio legitime facta non fuerat, & pars testificata nondum didicerat, aperte docens contrarium faciendum fuisse, si legitime processum fuisset, vel pars testificata didicisset.

98 Denique facit contra hanc limitationem, quia ratio cui innititur prohibitio nostrę Clementinæ, hoc est periculum subornationis in ea expressum, non minus viget, imo multo magis in causa matrimoniali in qua plerumque nuptiæ diuitum, nobilium & pulchriū impotenti animi ardore appetuntur, iuxta illud Catulli de nuptijs Pelei.

Nulla viri speret sermones esse fideles,
Nā dū aliquid cupiens animus prægestit apisci,
Nil metuunt iurare, nil promittere parcunt,
Sed simul ac cupidæ mentis satiata libido est,
Dicta nihil metuere, nihil periuria timent.

Glossa verbo mater in cap. super eo. 22. extra hoc ti. tradunt Doctores in cap. quemadmodū. in principio. de iure iurando.

99 Quibus tamē nō obstantibus tenenda est omnino prędicta limitatio ex rationibus supra dictis. Et pro declaratione dico primo, causam matrimonialē dupliciter posse considerari: vel enim talis est in qua attestationes concludunt separandum esse matrimonium inter illos qui legitimè contraxerunt, iungendúmve, inter quos consistere non potest. Vel rursus talis est causa, in qua attestationes concludunt matrimonium esse coniungendum inter eos, qui si velint possunt matrimonio coniungi. Exemplum prioris membri erit, si probetur impedimentum esse, vbi nullum est, vel non esse vbi in rei veritate existit. Exemplum posterioris membri si probetur contractum esse matrimonium ab illis, inter quos nullum est impedimētū, sed tamen in rei veritate prædictū matrimonium non fuit contractum.

100 Meminere huius decisionis Doctores in d. cap. lator. Inter vtrumque membrum illa est differentia, quod in priori attestationes cōtinent peccatum, ex quo iniustitia resultat irremissibilis per partes, hoc est, quia etsi velint nō possunt proprio & expresso consensu licitum efficere illud, quod testes in suis testimonis concludunt: in posteriori membro contra, nàm in eo iniustitia quæ resultat est remissibilis sicut in quacumque alia causa, eo quod licet non contraxerint matrimonium possunt tamē expresso consensu contrahere, si alias termini habiles proponantur.

101 Colligitur primo ex supra dictis longam resultare differentiam inter illa duo membra, de quibus supra proximè, nam in priori membro publicatio, vel renunciatio testium, etiam legitime facta non impedit, quominus ijdem, vel alij testes iterum recipiantur super eisdem articulis, vel directo contrarijs. Patet quia attestationes in illo casu continent iniustitiam irremissibilem, quæ facit vt non obstāte renunciatione, vel publicatione testes recipiantur, quia lex peccatum vitare intendens occurrit præstando remedium, & ita alias probationes ad vitanda peccata & apperiendam veritatem admittit. Non sic in posteriori casu, in quo renunciatio, vel publicatio testium prebet impedimētum, & efficit ne idem, vel alij testes iterum

iterum recipiantur eo quod iniustitia, quæ ex falsis probationibus resultat remissibilis est per partes: sicut in quacumque alia causa, vt supra dictum est, in qua neglecto bono particulari ad tale impedimentum inducendum lex cõsiderauit bonum publicum, quod versatur in eo ne lites fiant immortalis, iuxta reg. in c. finem litibus, de dolo & contumacia, & ne pateat via subornationi & corruptioni vt hic.

102 Secũdo colligo interpretationẽ ad tx. in d.c. iurauit. de probationibus, vt procedat in posteriori mẽbro siquidẽ in eo tx. agebatur de cõiungendo matrimonio virtute sponsaliorum, quorum obligationem partes ad inuicem remittere poterant, vt probat tex. in cap. 2. de sponsalibus, propterea facta publicatione nõ admittitur probatio. Et hæc est communis, certa & vera ad illum textum interpretatio. Ad tex. in cap. constitutis supra satisfecimus.

103 Tertio colligo, iura per quę nostrum tx. limitauimus, & hanc primam limitationem procedere in primo mẽbro eo videlicet casu quo attestationes cõcludunt aliquam iniustitiam irremissibilẽ per partem. Quæ explicatio colligitur ex verbis eorumdem iuriũ, vt in d.c. causam matrimonij, & in d. cap. series, ibi: *pars, quæ matrimoniũ accusabat*, in d.c. ex tenore, ibi: *eam tamen de iure habere non potuit*. in capit. cum inter, ibi: *cunctos*. Neque prædictę explicationi refragatur verbum subornationis propter grauius præiudicium sacrilegij, quod pręponderat longè, præiudicio subornationis, cui subornationi aliquo modo pręcauebit prudens iudex, si non statim, & indistincte post publicatas attestationes testes recipiat, sed pręmissa prius aliqua informatione, vt aduertunt Abb. num. 6. Felinus num. 2. in d. cap. iurauit, de probationibus, Mascardus d. conclusione. 127. Quod si hæc cautio non sufficiat prudenter contemnitur periculum subornationis, propter vitandũ graue periculum sacrilegij, argumento tex. in c. sicut. de testibus.

104 Quarto colligo, pari ratione idem esse in causa matimonij spiritualis, vbi de professione monachi tractatur inter monachum & religionem, ita vt in causa vbi resultat vitium irremissibile admittatur, vbi verò cessat & apparet solum vitium remissibile excludatur testes post publicationẽ factam. Patet si expendas data paritate rationis matrimonium spirituale carnali ęquiparari, iuxta regulam tex. in cap. 2. de trãslatione prælati, & ita in vno, ac alio data eadem paritate rationis, idem esse obseruandum: prout in specie aduertit Glossa sic intelligenda perbo, pater, in cap. præsens. 20. q. 3. refert plures Cou. practicarum, capi. 18. num. 6. ad finem. Gabriel vbi sup. n. 70. Mascard. d. loco, sic sane monachus intendens nullam esse professionẽ publicatis attestationibus non admittitur ad producendos testes, eo quod proprio consensu datis terminis habilibus illam validam efficere potest, & consequenter iniustitia, quæ resultat remissibilis est, contra vero, si eam monachus validam esse intendens, eo quod data illius validitate proprio consensu nequit efficere, vt non sit monachus, quidquid aliter resoluat Decius, in d. cap. iurauit, num. 6. ad finem, existimans iure particulari tantummodo introductum esse in Sacramẽto Matrimonij, & ita aliter dicendũ esse in alijs causis, quantumcumque peccatum, & iniustitiam irremissibilem contineant. Quæ quidem supradicta declaratio notabilis est ad Tridentinum, sess. 25. c. 19. de regul.

105 Quinto colligo, quid iuris sit in causa beneficiali, in qua sunt qui affirmant post publicationem attestationũ, admitti eosdem, vel alios testes: ita Imo. & alij relati à Felin. in d. ca. lator num. 14. ad finem. Cõtrarium imo non admitti affirmat Gloss. in capi. 1. de concessione præbendæ, communis ex Cou. 2. par. c. fi. §. fi. à n. 14. In qua controuersia distinguendum est, vt prior sententia procedat respectu Superioris, qui quidem sicut potest quocumque tempore agere de illa causa: ita etiam quocumque tempore in illa potest testes accipere, prout sentit Cou. d. num. 14. eo quod talis causa habet vitium irremissibile per litigantes, quieffiecere nõ possunt, vt absq; Canonica institutione beneficium iuste obtineri valeat ab illo, ad quem de iure nõ pertinet, iuxta tx. in ca. 1. de reg. iur. in 6. cap. ex frequentibus. de institut. ca. vnico de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruãdæ, lib. 6. tex. iuncta Gloss. in cap. cum dilecti de elect. Vnde nimirũ si Superior, qui de peccato cognoscere potest, iuxta tex. in ca. nouit, 13. vers. nullus de iudicijs, quocumque tempore testes adducere, & interrogare possit, argumento tex. in cap. ordinarij, de officio ordinarij, lib. 6.

106 Quod intellige, iux ta Gloss. celebrem & perpetuo memoria tenendam, in ca. cum dilecti de electione, quæ probat sententiam latam in causa beneficiali trãsire quidem in rem iudicatam contra condemnatum non in fauorem illius, qui obtinuit sententiam, quominus ordinarius possit semper inquirere de vero titulo argumento tex. in ca. ordinarij, de officio ord. lib. 6. iuncto Trid. sess. 7. de reformatione. ca. 5. & hæc est sententia, quam resoluit Felinus in d. c. lator. Cou. in 4. 2. par. c. 8. §. fin.

107 Vnde infertur ad regulam Cancellar. de triennali poſſeſsione, vt quamuis regula illa defendat poſſeſſorem: ita vt qui per trienniū pacifice poſſedit beneficiū, non poſsit neq; in proprietate, neque in poſſeſsione inquietari, iuxta decretum Concilij Baſilien. c. de pacific. poſſeſ. Tamen prædicta regula non defendit, quoad titulum: nam nihilominus tenetur beneficiarius titulum ſuperiori petenti oſtendere, qui nullo tempore præſcribitur ſecundū cōmuneēx Cou. in reg. poſſeſſor. 2. par. §. 10. n. 8. & 9. Ratio ex ſuperioribus deducitur.

108 Facit pro hac parte quod ſupra diximus, prohibitionem noſtræ Clemen. reſpicere duntaxat litigantes, non verò iudicem. Vnde reſpectu litigantium procedit poſterior ſententia communis: conſtat namque reſpectu illorum cauſam ipſam habere vitiū remiſsibile, eo quòd ijdem abſque peccato poſſunt ei renuntiare, & acquieſcere ſententiæ, argumento cap. 2. ibi: *renuntiauit.* de in integrum reſtit. & cap. 1. ibi: *lite pendente cedant*, vt lite non conteſtata lib. 6. communis per Cou. d. nu. 14. Sic alias in cauſa vſuraria ijdem vel alij teſtes poſt publicationem atteſtationum non admittuntur, eo quod cum ſoluens antea donare, & nunc remittere poſsit, in ea remiſsibile vitiū extare dicitur, & ſuccedit regula de qua ſupra: prout in ſpecie reſoluit Abbas. conſi. 60. n. 2. Ancarr. conſ. 980. quidquid dicant Alban. in Rubri. C. de vſur. Auendañ. de exequendis mand. 2. part. cap. 29. num. 8.

109 Vltimo colligo, noſtræ Clementinæ deciſionem procedere in cauſa matrimoniali, quādo in illa ſuper ſola ſeparatione tori tractatur, vt propter adulterium, ca. diſcretionem. verſic. nam etſi, de eo qui cognouit conſanguineam. Ratio eſt quia in tali cauſa reperitur vitium remiſsibile per partes, quæ ſi velint poſſunt ſeorſim viuere, ſaltem promiſſa continentia, ca. quod Deo 33. q. 5. Gloſſ. 2. in ca. veniens. de regular. communiter recepta. Hāc ſententiam tenuit Abba. num. 12. Felin. num. 9. in d. cap. lator Cou. 2. par. cap. fin. §. fin. num. 20. cap. 1. verſi. conſultationi, vt lite non conteſtata.

110 Neque refragatur text. in cap. tua. 24. de iure iurando. d. cap. veniens, dum probant temerarium eſſe iuramentū, quo coniuges promittunt ſeorſim viuere. Ex quibus colligitur ſeparationem quoad torum de ipſorum coniugum conſenſu fieri nō poſſe, ac ſubinde cauſam prædictę ſeparationis vitium habere irremiſsibile per partes. Huic enim obiectioni ſatisfit ſi aduertas ad hoc vt vitiū dicatur irremiſsibile per partium conſenſum nō requiri quod pacto, ſeu conuentione remitti poſsit; ſed ſufficit, quod poſsit remitti abſque conuentione expreſſa, prout in cauſa criminali reſoluimus. Vnde licet in illis iuribus temerariū proponatur prædictū iuramentū propter occaſionem adulterij inde reſultantem, iuxta D. Paulū. 1. ad Corinth. c. 7. relatum in c. noſſe. 33. q. 1. nihilominus abſque pacto, & iuramento de perpetua & abſoluta ſeparatione, poſſunt ad tempus ſeorſim viuere, ex aliqua cauſa, iuxta D. Paul. vbi proxime.

111 Quinimo etiam in perpetuum ſi vterque continentiam voueat. c. quod Deo. c. tua, ac proinde cum in ipſarum poteſtate conſiſtat, & dependeat, ſatis ex eorum conſenſu vitium dicitur remiſsibile.

112 Nec etiam refragatur tex. in c. ex literis de diuortijs, dum in fine probat non obſtante ſententia diuortij circa ſeparationem tori prætextu diuortij cogendum eſſe virum iterum cū muliere cohabitare. Reſpōdetur enim in eo tx. nō retractari ſententiā, nec iterū reſtaurari matrimoniū quoad torum ex eo quod veritas cōperta fuit in contrarium, hoc eſt, contra ſententiam prolatam ad confeſsionem mulieris propter vitium irremiſsibile. Sed potius quoniā maritus poſt talem ſententiam ſeparationis quoad torum, ſecundum matrimonium contraxit, & per illud nulliter factum commiſsit adulteriū, & ita ex cauſa adulterij nouè orta compellitur maritus officio iudicis, vel iure actionis ad vxorem redire, & cum illa cohabitare, l. viro. 39. ſoluto matrimonio, c. fi. de adult. tx. ſic intelligēdus in ca. diſcretione, de eo qui cognouit conſang. verſ. nam, ibi: *cum poſsit exceptione legitima impediri*, Gloſſ. 3. in cap. apoſtolus. 32. q. 7. cōmuniter recepta ex Cou. 2. par. c. 7. §. 6. Nau. conſil. 1. n. 1. de adult. & conſ. 1. nu. 1. de diuor. Barb. à num. 3.

113 Nec denique refragatur dicere, quod ſimiliter in matrimonio rato fit ſeparatio vinculi, per ingreſſum religionis. c. ex publico. cap. ex parte, de conuerſione coniug. in quo tamen vt ſupra reſolutum eſt publicatis atteſtationibus teſtes recipiuntur, vnde ſimiliter recipiendi videntur in ſeparatione tori. Reſpōdeo enim dari longe diuerſam rationem, ſiquidem tori ſeparatio contingere poteſt ex partiū conſenſu modo ſupra dicto, vinculi verò ſeparatio matrimonio rato non aliter quàm per diſpenſationē legis, vt illa iura probant.

114 SEcūdo limitatur noſtri tx. diſpoſitio, & noſtra Cōcluſio in cauſa hęreticæ prauitatis, in qua poſt publicationē, vel aperturā teſtiū poſſunt ijdē, vel alij teſtes recipi ex tx. in c. fi. de hære. lib. 6. verſ. iubemus, notāt Dominicus

in

in c. vt officium. §. verũ. n. 7. eodem ti. & lib. Felin. in d. cap. fraternitatis. plures refert, & sequitur Simancas cathol. instit. c. 64. num. 50. Rojas d. sing. 203. Sed obstat regula nostræ Clemen. à qua non reperitur excepta causa hæresis. Obstat secundo, quòd post publicationem testium factam in causa criminali testes amplius non recipiuntur, vt supra, ex rationibus ibi assignatis, quæ rationes videntur verificari etiam in causa hæresis.

115 Quibus non obstantibus limitatio hæc iure procedit. Pro cuius declaratione aduerto, in hoc crimine attẽto iure, testium publicationem fieri longe aliter quã in reliquis, eo quod in illo fit publicatio, secundum formam d. c. fi. quinimo hodie indistinctè reo negatur prædicta publicatio per extrauag. Innoc. 6. relatam à Simanc. de cathol. instit. c. 64. n. 26. & c. 35. nu. 15. idque iustissimè & sanctissimè statutum est ob vitanda pericula & scandala, quæ licet non immineant, contingere tamen possunt. Neque est inconueniens ex causa propter maius bonũ publicum denegari reo medium aliquod defensionis, si tamen ipsa defensio pluribus alijs modis conseruatur, prout alias videmus in alijs casibus vbi proceditur appellatione remota. c. 1. de rescriptis. c. pastoralis. 53. de appell.

116 Hoc supposito ratio nostræ limitationis patet. Nam cum in hoc crimine antea fieret secretè testium publicatio, & ab reo in carceribus detento non ita certum periculum subornationis instet, & hodie nulla fiat publicatio testiũ, in hac causa cessat timor corruptionis testium, & subit reg. c. cum cessante. de appellat. rectè in hoc casu limitatur nostra Clem.

117 Accedit quod reipublicæ maxime interest, vt veritas in iudicio Inquisitionis quocumque tempore manifestetur, tũ ne hæresis impunita vlterius grassetur, & ne fortè innocens tãta afficiatur infamia: quo fit vt sententia in causa hæresis nunquã in authoritatem rei iudicatæ transeat, vt fatetur Rojas d. sing. 203. Facit etiã quod iudex in hoc crimine non tantum ad instantiam partis, sed etiam de officio pro bono publico recipit testes, tam contra reum, quàm pro illo, & constat recipiendos etiam post publicationem factam, quando iudex de officio in causa procedit, eo quod in iudice non datur timor subornationis, in quo nostra Clementina fundatur. Nec nostra Clementina iudicẽ, sed litigantes comprehendit, vt supra annotabã ex d. cap. cum clamor.

118 Tertio limitatur decisio nostræ Clem. & prædicta conclusio in causa, in qua agitur de falsitate testium, vel partis. Probatur hæc limitatio ex tx. iuncta Gloss. verbo iure contraria, in c. series. 26. extra hoc tit. vbi post publicationẽ testium ijdem, vel alij testes recipiuntur super eisdem articulis, vel directo contrarijs, quando de illorum falsitate. agitur, Glo. sequuntur Innocen. & Abbas. n. 5. Felin. c. 2. Immola n. fi. in d. c. series, Cardi. hic n. 3. Couar. practicarum, c. 18. n. 7. Ponderatur pro hac limitatione tex. in d. c. series. dum in fine dicit recipiendos esse testes, non obstante consuetudine iuri contraria: quibus verbis videtur sentire attento iure recipiẽdos esse super falsitate de qua ibi agitur. l. quęrela falsi. C. ad leg. Cornel. de falsis. c. licet causam, de probat. c. cũ venerabilis versic. licet de except. c. in præsentia. 4. de procurator.

119 Secũdo pro hac limitatione facit, quia falsitas potest opponi, etiã post latã sententiã, eo quod sententia ex falsis probationibus inrẽ iudicatã non transit. Gloss. pen. in c. cũ venerabilis, de exceptio. Couar. in cap. Alma mater 2. par. §. 11. n. 18. iubat. tx. in. l. qui agnitis. ad finẽ de exceptionibus, iuncto tx. in c. 1. de re iudic. Vnde à fortiori talis exceptio proponi, & probari potest post publicationem attestationum.

120 Contrariũ tamen suaderi videtur, ex regulæ generalitate nostri tx. & ex eius ratione. Preterea quia si tales testes publicatis attestationibus admitterentur frustratoria redderetur prohibitio huius Clemetinæ, siquidẽ vnusquisque, publicatis attestationibus testes adduceret prætextu cõuincendi aliorũ falsitatẽ, qui si admitteretur semper eo colore nostrã decisionẽ eluderent. Obstat deniq;, quod consuetudo cuius meminit tx. in d. c. series. erat potius cõsona iuri prohibenti recipi testes publicatis attestationibus. Vnde nõ bene videtur Sũm. Põtifex respõdere eã cõsuetudinẽ esse iuri cõtrariã.

121 Pro declaratione aduertendũ est, duobus modis posse agi de testiũ falsitate. Vel nõ agitur ad effectũ obtinẽdi aliquid diuersum à causa principali, puta vt testes falsarij puniantur: vel agitur ad effectum eneruandæ probationis circa causam principalẽ. Inter vtrumq; modũ illa est differẽtia, quod in priori nõ solũ post publicationẽ testiũ, sed etiã post sententiã potest in iudicio cõpetẽti tractari. Ratio est, quia hęc causa à principali diuersa est, & articuli diuersi.

122 In posteriori verò casu, etiã distinguẽdũ est inter falsitatẽ oppositã cum adiectione corruptionis, vel rei similis, & inter illã quæ simpliciter proposita est. In priori casu quocũque tempore etiã post sententiã testes recipiũtur, argumẽto text. in l. diuus de re iudicata. cap. licet de probationib. c. sicut extra hoc tit. dummodo non solum de corruptione, nec solum de

falsitate, sed de vtraque simul tractetur, aliàs enim si solum de corruptione, vel falsitate agatur, licet posit opponi, ante sententiã, non tamen post, vt laté DD. in c. 1. hoc ti. & sic explicari debet doctrina Glos. in d. c. cũ venerabilis. Nõ sic dicendũ est in posteriori casu, in quo post publicationẽ nequaquã admittuntur, eo quod receptis huiusmodi testibus timor subornationis resultat, præcedente præsumptione nostri textus, & sic cessant tres priores difficultates.

123 Nec obstat quarta de finalibus verbis. d. c. series, quia vltra varios intellectus Innocentij & aliorũ, quos refert Abbas ibi n. 5. respondendũ est cum cõmuni, in illo tx. agi de causa matrimoniali, in qua quærebatur de consanguinitate, & ita de vitio per partes irremisibili: in quo consuetudo testes non admittens est contra iura vulgaria adducta in prima limitatione nostræ regulæ. Et ita remanet vera hæc tertia limitatio.

124 Sic explicata, ampliata & limitata nostra Cõclusione restant ad integrã hui' cognitionẽ duæ quæstiones. Altera est, an minor, vel Ecclesia habeat restitutionẽ ad testes producẽdos super eisdẽ articulis, vel directo contrarijs post publicationẽ attestationum, quã quæstionem mouent Gloss. verbo omissum in ca. auditis de in integrũ restitutione, & Glossa verbo lapsum in Clem. vnica de in integrũ restitutione, & Glossa verbo allegatione, in l. minor. 33. de minorib. resoluunt Iason. in l. vbi exigitur, n. 6. ff. de edendo. Anto. Gomez. 2. tomo. ca. 14. n. 5. Mauricius de restitutione. c. 165. Menchaca Forensiũ quæstionũ. c. 31. noster Amator Rodriguez. d. 8. temp. nu. 25.

225 Et primò pro parte affirmatiua est tx. in c. auditis. 3. ver. licet. de in integrũ restitutione, d. l. minor. 33. de minor.

126 Secundo facit pro hac parte, quia vbicũque datur læsio minoris dolo aduersarij, vel sua simplicitate cõtingens pro vt requiritur, iuxta text. in l. nõ omnia. 34. de minoribus, & in l. 3. C. de in integrum restitut. semper illi concedẽda est restitutio, argumento tx. in l. verũ. 12. §. sciẽdũ. ff. de minoribus. Sed talis læsio reperitur in omisione probationis, tx. in d. l. non omnia ibi: *omiserit*, Ergo petita restitutione à minore ad producendos testes non obstante publicatione attestationum eidem concedenda est.

127 Tertio facit, quia petere restitutionem aduersus publicationẽ testium nihil aliud est, quam illam postulare aduersus lapsum temporis constituti & designati ad producendos testes, iudex enim ante testiũ publicationẽ constituit temporis dilationẽ, intra quam testium productio facienda est, l. gesta. C. de re iudicata cap. consuluit de officio delegati. l. 37. ti. 16. par ti. 3. Paz in praxi. 8. tempore nu. 129. Sed constat Ecclesiam, vel minorem habere restitutionem in integrum aduersus lapsum temporis. Clem. vnica de in integrum restitutione. Ergo & in præsenti casu habebit restitutionem.

128 Facit quarto, quia publicatio testium est pars processus, ex quo sententia proferenda est. Sed aduersus sententiam minoris restitutio non denegatur, cap. cum venissent. c. ex literis, de in integrum restitutione. Ergo aduersus publicationẽ attestationum restitutio concedenda est, argumento tex. in l. qui de tota. ff. de rei vindicatione.

129 Contrarium tamen tenuit Dinus in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui operis nunciatione, Innocentius in d. ca. auditis. num. 2. quæ sententia non est improbabilis, sed defendi potest.

130 Primo, quia in recipiendis testibus post publicationem datur subornationis timor, quæ subornatio præsumitur interuenire, & sic reperitur dolus præsumptus, sed contra dolum futurum restitutio non datur Ecclesiæ, vel minori, iuxta tex. in l. auxilium. ff. de menoribus, & in l. 1. C. si aduersus delictum.

131 Secundo, quia in non recipiendis omnibus testibus bonum publicum versatur, quod cõsistit in eo ne falsitates committantur: sed bonum publicum semper priuato anteponendum est, vt constat: ergo.

132 Tertio, quia restitutionis beneficium minoribus cõpetit ex pretoris edicto, l. ait pretor. de minoribus, qui pretor contra directam legis prohibitionẽ aliquid efficere nõ potest. §. quos autem. institut. de bonorum poss. Vnde cum detur directa legis prohibitio, ne post publicationẽ testes admittantur, vtique dicendum est, prædictum beneficium restitutionis locum non habere.

133 Iuuat decisio tex. in authentica de testibus. §. illud collatione. 7. ibi: ***nec si diuina iussio præceperit***, ex quo colligitur quod post publicationẽ testium non possunt produci testes, etiam ex rescripto Principis, qui pretore superior est.

134 Quarto, quia diligentissimus pater fami. sæpius omittit potiores quos habet testes, & si quos omittit verosimile est neglexisse illos tãquam parum idoneos, argumento tex. in l. item apud Labeonẽ. §. ait prætor. vers. ***ea enim quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur videntur quasi neglecta***. ff. de iniurijs. prout aduertit Calderinus supra num. 20. Cõstat autem minorem

non restitui circa illa, in quibus ille tanquam diligentissimus pater familias se gessit, vt probat tx. in d. §. sciendum, & in l. quod si minor. 24. & in §. non semper. de minoribus.

135 Quinto, quia Ecclesia, seu minor non pro ducendo testes ante publicationẽ attestationũ vsus est iure communi, secundum quod illos poterat nõ producere, vnde cum Ecclesia, vel minor, non restituatur quando iure communi vsus est, l. non videtur circumscriptus esse minor, qui iure sit vsus communi. C. hoc tit. vtique dicendum est, post publicationem non habere restitutionem ad testes producendos.

136 Resolue ex mente communis sententiæ duobus modis posse considerari minorem, seu Ecclesiam petentem restitutionem. Vel enim nullos omnino testes producit, ita vt elapso termino probationibus præfixo, sine vllis testibus minoris, vel Ecclesiæ publicatio facta sit. Vel plures, vel aliquos arbitrio iudicis sufficiẽtes ad probandam intentionẽ suã adduxit, quorum testimonia legitime recepta sunt. Inter vtrumque casum lata est differentia: nã in priori minori restitutionem petenti statim est concedenda restitutio interueniente solum ipsius minoris allegatione, & absque alia læsionis probatione: patet, si aduertamus, eo ipso quod minor non probauit, nec adduxit testes, quos poterat adducere esse iuris præsumptione deceptum, & per talem præsumptionẽ constare de eiusdem læsione, ac proinde oportere, vt illi restitutio concedatur, qua concessa non obstante publicatione potest testes producere ad suam intentionẽ fundandam, iuxta iura supra citata. Et in hoc casu procedit sententia communis Canonistarum, quam in praxi testatur seruari Aufrerius ad capellã Tolosanam decisione. 53. Non sic dicendum in posteriori casu, in quo nõ aliter minor restituitur, quam si probet meliores testes prætermisisse, constat namque aduersus illum maximam dari præsumptionẽ, quod priores, & meliores testes produxerit, vt regulariter à litigãtibus fieri solet, & ita læsionẽ nõ habere, ac proinde stante tali præsumptione denegabitur restitutio donec de læsione doceat, in eo quod meliores testes prætermiserit. Et in hoc casu procedit opinio Bartoli, in l. nam & postea. §. si minor. num. 7. ff. de iure iurando, vbi Iason. nume. 19. Dicit communem Legistarum Boerius, decisione. 79. num. 6.

137 Procedit etiam tex. in c. cum venissent. secundo. versic. nos igitur, ibi: *intelligentes quod monasterij procurator*, & tex. in c. ex literis. 4. in princ. ibi: *didicimus*, & versic. *allegationibus diligenter inspectis*, de in integrum restitutione. Quod similiter esse dicendũ quãdo petitur restitutio, ex clausula generali aduertunt Abbas, & Felin. num. 2. in c. intimauit. hoc tit.

138 Ex his primo collige concordiam ad vtramq; opinionem supra relatam: ita vt prior in priori, posterior in posteriori casu procedat, hoc est donec ostendat se meliores, & potiores testes prætermisisse. Nec prædictæ concordiæ refragatur tx. in d. c. auditis, vbi testes fuerunt producti, vt patet ex versic. *Licet autẽ vtrũque, sit in causa conclusum, quia tamen vtraque pars necessariam vt asseris probationem omisit*, vbi solum modo ad petitionem propositã, & allegationem partis asserentis necessariam probationem omisisse, restitutio conceditur: patet ibi: *necessariam vt asseris probationem omisit*. Respõdeo enim cum Iasone, vbi supra, dicente adijciendum verbũ, *& probas*, quasi diceret text. vt *asseris, & probas*, cum sint termini habiles, quos necessario supponere debemus, prout etiã supponit tx. sic intelligendus, in c. suscitata, ibi: *restitutionem in integrum nomine monasterij postulauit, quam eidem duximus indulgendam*.

139 Præterea melius dic, tex. in d. cap. auditis agere de duabus Ecclesijs, inter quas erat controuersia; & à quibus simul petebatur restitutio, vt constat ibi: *quia tamen vtraque pars*, ideo tam facilè conceditur, quia cum vtraque pars petat restitutionem & optet sibi concedi vtrique parti communem: nemini in ea concedenda fit iniuria: *Nam si partes sint concordes: quid ad iudicem*, inquit Iureconsult. in l. 1. §. minime quæritur, versi. *quid enim aliud agebat prætor, quam vt controuersias dirimeret, à quibus si sponte recesserunt debebit id ratum habere*. ff. de noui operis nunciat.

140 Collige secundo, minori denegandam esse restitutionem aduersus delationem iuramenti, quando careret alijs probationibus, nisi probauerit se habuisse sufficientem debiti probationem. Patet si expendas ex sola delatione iuramenti non esse minorem læsum, cum reus adhibito iuramento potuisset debitum confiteri. Ac subinde cum stante dubio euentu detur maxima præsumptio, & si iurans non peierauit, oportet cessare læsionem, qua cessante restitutio cessat, donec ostenderit sufficientem debiti probationem. Accedit, quod deficiente probatione, si minor defert iuramentum agit quod diligentissimus pater familias, quo casu non restituitur. l. quod si minor. §. non semper. l. ait prætor. §. non solum. l. non omnia. ff. de minor. & ita in specie propositam illationem probant plures quos refert Caldas. d. nu. 11. & 15. iuxta quam doctri-

 nam

nam recte explicabis tex. in d. l. nam & postea 9. §. si minor. ff. de iure iurando.

141 Collige tertio, restituto minore ad producendos testes, censeri restitutum aduersariũ ad suos item testes in contrarium producẽdos, quia beneficiũ restitutionis saluo iure alterius collitigantis concedendum est, argumento tx. in l. in causæ. 13. §. interdum. ff. de minoribus. Quod ius violaretur, si æqualitas non seruaretur vtrique, & esset contra regulam, non liceat actori. 32. lib. 6. ideo in interloquutoria dicitur, *que el dicho juez concedio la dicha restitucion al dicho menor, con tantos dias de termino comunes à las partes*. Ac subinde vno restituto, alius similiter restituitur. l. etiã. 29. §. ex causa, de minor. Bar. in l. 1. §. nũciatio. n. 36. de noui oper. nũcia.

142 Vltima quæstio, quam mouet Gloss. hic verbo *producere*, ibi: *contra partem*, est vtrum partis cõsensus sufficiat, vt post publicationem attestationum testes producantur: & partem aientem sustinet d. Glos. quam sequuntur Abbas n. 4. Feli. & Immol. n. 6. Belam. num. 20. in d. cap. fraternitatis, Bart. in auth. at qui semel, C. de probat. Imol. in c. series n. 3. hoc tit. Lanfranc. in repet. c. quoniam contra, num. 37. de probat. Duenas reg. 23. n. 2. dicit receptam Parisijs. in d. c. fraternitatis n. 53.

143 Pro qua sententia facit primo, quia sicut stante publicatione datur legis prohibitio, ne testes recipiantur, vt late per discursum huius relectionis, ita quoque prohibitio reperitur ne testes sine iuramento admittantur. l. iuris iurandi. l. si quãdo. C. hoc tit. c. nuper. 51. c. tuis quæstionibus. c. fraternitatis, hoc tit. l. 23. ti. 16. p. 3. & tamen constat de partium consensu testes admitti sine iuramento. d. ca. tuis quæstionibus. iuuat decisio. c. fi. de officio deleg.

144 Secundo, quia testium publicatio licet à lege fieri iubeatur, in fauorem tamen partium facta censetur, ne alias nimis dilatetur sententia & ius litigãtibus per subornationem & ambitũ auferatur, sed leges in fauorem partium disponẽtes remitti à partibus posse probat tex. in c. ad apostolicam. de regular. & in l. penult. C. de pactis. Iuuat decisio. text. in Clement. sæpe ver. & quia, de verbo. signifi. vbi iudex de partium consensu terminum designatum extendere potest. Tertio facit text. in cap. auditis de in integrum restit. iux. intellectum supra proxime assignatũ. Quarto, quia consentire in producẽdis testibus in effectu est remittere causam, de qua agitur, quã dubiũ non est à partibus remitti posse, iuxta reg. l. in remandata. C. mand.

145 Ex quibus hæc sententia magis arridet, licet contrariam teneãt nonnulli, vt per Angelum, in d. auth. at qui semel, Dueñas supra. Quibus non suffragatur dicere non posse litigantes contra legis prohibitionem etiam in eorũ fauorẽ introductã consentire, & aliquid efficere, argumento, l. nemo potest, de leg. 1. Quia respondeo legem de publicandis testibus proprie & directe non esse prohibitiuam, sed principaliter ordinatiuã iudicij, in fauorem litigantium introductam, nempe vt intra illud tempus designatũ testes producantur, & in consequentiã ne vltra illud recipiantur, qua de causa illi iuste renuntiare possunt, iuxta iura supra citata.

146 Nec similiter cõtrariæ sententiæ suffragatur dicere de substantia testimonij esse, vt testes producãtur ante publicationẽ, alioquin nõ subsistit, ideoq; in illa partium cõsensum nihil operari. Respõdetur enim substãtiã testimonij in alijs cõsistere, prout late resoluũt DD. in rubrica de testibus, nõ vero in eo quod ante publicationem, vel post, recipiantur, quæ publicatio respectu testimoniorũ accidẽtalis est.

147 Nec denique suffragatur cõtrariæ sententiæ dicere ius publicũ verlari, ne falsitates in testimonijs cõmittantur, quales resultare possent si de partiũ consensu post publicationẽ testiũ alij admittuntur, vnde succedit regula tex. in l. ius publicũ de pactis. Nã respondeo, quod licet in suo fine nostra Clem. illud intendat aliquo modo, nihilominus tamẽ mediũ, quo vtitur, cõtinet ius priuatũ recipiẽdo immediate fauorem litigantiũ, ne causa illius differatur, & expensis & laboribus vexetur. Quemadmodum similiter iuramentum testis ius priuatum continet cum tamen respiciat, & intendatur in illo ne falsitas committatur, & ea de causa quia ius priuatũ cõtinet, de cõsensu partiũ remitti potest, d. c. tuis quæstionibus, eo quod licet detur iuramẽtũ, ad falsitatẽ euitandam, id tamen non immediate, ex natura iuramenti prætenditur, sed confirmare veritatẽ testimonij, iuxta D. Paul. ad Heb. c. 6. c. ita ergo. c. tu malũ. 22. q. 1.

148 AMplia supradictã sentẽtiam procedere etiã in tacito partis cõsensu. nãm idem operatur quod expressus in illis, quæ per partes remissibilia sunt. l. cũ quid. si certũ petatur. Vnde cùm expresse remitti possit prohibitio nostræ Clem. potest etiã tacite, argumẽto. c. 1. §. 1. de iur. cal. lib. 6. aduertit Ias. in l. admonẽdi, n. 12. de iure iurando, & in l. patre furioso n. 20. de his qui sunt sui, & in l. 1. nu. 18. de ferijs, & in l. certi condicto. n. 12. ff. si certum petatur.

149 Limita nõ procedere quãdo materia causæ tãgit bonũ publicũ, sicut enim partis cõsensu aliquid super illa efficere nõ posse planũ est reg. ius publicũ de pact. c. si diligẽti de foro cõp.

150 Impo-

150 Imponat coronidem explicatio tx. elegā tis in l. si rem. §. fi. de euictionibus, iūcta Gloss. fin. cuius tex. & Glossæ occasione quæri inter Doctores solet, An si in causa fuerit conclusum trāsactioni locus sit. In qua quęstione inter iuris interpretes passim variatur: nam Barto. in l. si mater. §. si eadem. ff. de excep. rei iud. Paulus de Castr. in l. si rem alienam. 2. §. fin. de pign. act. transactionem impugnant, teste Padilla supra. Alex. consi. 82. num. 4. vol. 1. & consil. 62. num. 8. vol. 2. Anton. Gomez. tom. 3. cap. 3. num. 68. Plaça de delictis lib. 1. cap. 39. num. 26. negant admitti. Baldus suo more modo ait, modo negat vt refert Menes. in l. transigere, num. 40. C. de de transact. Eam tamen admittunt Lancellotus, & Deci. in l. si causa cognita in pri. C. de transf. col. 2. vbi Menesius. num. 43. & in d. l. transigere, num. 43. quoniam Imperatores Dioclet. & Maxim. in d. l. si causa diserte rem iudicatam hoc est sentētiam latam esse, exigunt ad hoc, vt transactioni locus non sit, iuxta tx. in l. & post rem. l. post rem. ff. de trāsact. l. elegāter. §. si post rem. ff. de condictione indebiti. Illi verò reijciunt transactionem post causæ conclusionem, quia sententia & conclusio in causa æquiparantur à Pomponio in d. l. si rem. §. fin. ff. de euictionibus. iuncta Gloss. fin. Verba Pomponij sunt. *Quolibet tempore venditori denuntiari potest, vt de ea agenda adsit, quia non præfinitur certum tempus in ea stipulatione, dum tamen ne prope ipsam condemnationem id fiat.* Hæc Pompon. Addit Accurs. verbo condemnationem, id est, *dum non sit renuntiatum allegationibus, vel testes aperti.* Ex quibus verbis non esse transactioni locum post causæ cōclusionem, vel post testificationes apertas colligunt superiores, cū idem sit reputandum eo casu, ac si iam sententia lata esset. In qua quæstione mihi vera semper visa est sententia Lancelloti, & Padillæ contra Bartolum, & eius sectatores. Et ad responsum Pomponij respondeo nihil pro hac parte vigere: versatur enim æquitas in euictione, in qua æquitas illud responsum extorsit, in eo est ne emptoris in denuntiando negligentia damnosa venditori sit: ideo rectè in euictione respō detur, in d. §. fin. hanc denuntiationē fieri oportere, non quidem sub ferendæ sententiæ tempus, sed ante quam eo deueniatur, hoc est, vt rectè Accurs. exponit, antequam sit allegationibus renuntiatum, & testium dicta publicata, nisi enim hoc fiat, magnum venditori, seu actori præiudicium crearetur, cui expedit denuntiationem fieri antequam in causa emptor concludat, ne durior fiat ipsius actoris conditio, vel propter testis alicuius defectum, vel probationis malè propositæ iacturam, vel falsitatis periculum. Vnde patet eo casu, quoad denuntiationem, tempus conclusionis in causa, & tempus sententiæ latæ pro iisdem haberi. Diuersum est in transactione, nam in ea solemmodo perpendimus, sit ne res super qua transigitur, omnino liquida, nec ne, vt si liquida sit transigere nō liceat, si tamē aliquid dubitationis reliquum sit valida transactio fiat. Licèt autem post conclusionem in causa confectum iudicium videatur, l. quamuis. 19. C. de adult. tamen in rei veritate nondum confectum est, sed incertus remanet litis euentus, quia quam sententiam iudex sit laturus, ignoratur: qua propter foret iniquum eo casu transactionem denegare: sic Pater Martinus Delrius in repetitione d. l. transigere. n. 176. Qua ratione, durante appellatione transigi extra omnem dubitationis aleam est. Quin imò & post sententiam latam, à qua legitimè prouocari potest, transactionem rectè fieri intra tempus interponendæ appellationi definitum, certissimum est. Tempus autem ad appellandum à iure constitutum diuersum est: nam olim iure Digestorum, & Codicis erat biduū in causis proprijs, triduum in alienis à notificatione sententiæ. l. 1. §. biduum. & §. in propria. ff. quando appellandum sit, & intra quæ tempora. l. qui suspectum. de appellat. & relationib. l. eos. C. de appellat. & consultat. c. anteriorum. 28. c. biduum. 29. 2. q. 6. quod & ius nostrū antiquitus imitabatur. l. 1. & ibi Montaluus, ver. *fasta tercero dia.* tit. 15. lib. 2. fori legum.

Cum tamen is terminus breuior quàm par erat visus esset Imperator Iustinian. in auth. de appellation. & intra quæ tempora debeat appellari. c. 1. collat. 4. quæ est nouella. 23. auth. hodie. C. de appellat. ad decem dies à die notificationis sententiæ enumerandos hunc terminum extendit: quam constitutionem ius nostrum Canonicum amplectitur. c. cum inter. 13 c. quod ad consultationem. 18. cum alijs. de re iudicata. tx. in Clem. appellationem. de appellation. Et inde Rex Alfonsus in iure nostro Regio septem partito tam ius Canonicum, quàm etiam Authenticorum sequi solitus hos decem dies ad appellationem interponendam statuit, l. 22. tit. 23. *de las alçadas.* partita 3. Quamuis hodie de nostri Regni nouiori iure quinque dies satis visi sunt: quo iure Regia tribunalia vtuntur ex l. 7. tit. 10. lib. 4. ordin. l. 1. tit. 16. lib. 3. ordinam. quæ est l. 1. tit. 18. lib. 4. compil. l. 7. eodem tit. & lib. Vnde hodie Ecclesiasticis tribunalibus seruatur terminus decem dierum, & in Regijs tribunalibus quinq; dierum, ex prædictis iuribus, Quo fit, vt cum lis adhuc pendeat,

deat, nec dum autoritatem habeat rei iudicatæ, meritò ex rationibus ſupra adductis tranſactio interea facta legitima eſt, niſi ex alia cauſa de enumeratis à Doctoribus in d.l.tranſigere. C. de tranſaction.impediatur.

Hæc obiter pro huius difficultatis reſolutione, & pro intellectu d.l. ſi rem. dicta ſufficiant. Quibus & noſtra Clemen. & materia remanet ſatis explicata, & illuſtrata. Vtinam ad laudem & gloriam Dei Optimi Maximi; & Eccleſiæ Catholicæ Romanæ: cuius cenſuræ omnia ſubijcio.

L A V S D E O.